

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Liber IIII

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1742)

A  
C. CORNELII TACITI  
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI  
ANNALIVM LIBER IIII.  
BREVIARIVM LIBRI.

B  
**A**LI Seiani praefecti praet. ingenium & mores. Is ad dominationem adspicit: & ut perueniat, Drusum Tib. Filium e medio tollit, adiuuante uxore Liuiâ, quam stupro prius polluerat. Eidem fini castra Praetoria Romae iubet exstrui, & militem in unum locum conduci. Ab hoc tempore lapsa imperij res. ideoque qui status tunc rerum, quis numerus, quae loca cohortium & legionum, Tacitus opportunè exsequitur. At Druso iam mortuo, Senatum Princeps ingreditur: eum maestum erigit: Germanici duos filios inducit, eosque ut imperij heredes patribus commendat. Seianus quo destinata perficeret, Agrippinam callidè calumniatur, & semina futuri odij in ipsam liberosque iacit. Tiberius legationes & accusationes aliquot ciuitatum & prouinciarum audit. Histriones siue Pantomimos immodestiùs agentes Italiâ pellit. De Flamine Diali eiusque caerimonijs temperandis noua lex lata. Sacerdotes, sollennibus votis, etiam Drusum & Neronem Dijs commendauerant. agrè id Tiberius tulit, & initium in eos exitij fuit. C. Silius ex amicis Germanici damnatus. Cn. Piso, C. Cassius, Plautius Siluanus, accusati aut damnati. In Africâ Tacfarinatis bello finis impositus à P. Dolabellâ. ipse Tacfarinas caesus. Semina seruilis motus in Italiâ, sed statim oppressa. Q. Vibius Serenus in Senatu à filio accusatur, & Amorgum amouetur. P. Suillius, alijsque damnantur. Inter eos Cremutius Cordus historiae scriptor quòd Brutum & Cassium laudauisset, eiusque libri combusti. Cyzicenis libertas adempta. Templi honorem ab Hispanis oblatum Tiberius spernit. Seianus rebus ex voto adhuc fluentibus, altiora struit: & Liuiam sibi uxorem à Principe petit. hic modeste negat, additis causis. Sed ille ut potentiam sibi auget, magisque opportunum Tiberium haberet, perpulit eum ad secesum ab urbe. nec multò post persuasit. Interea Romae legationes Graecorum audita, de iure asylosum. In Hispaniâ L. Piso praetor à quodam agreste interficitur. In Thraciâ, montani Thraces dilectus abnuunt, arma sumunt. vicit eos Poppaeus Sabinus, & triumpho insignia accepit. Claudia Pulchra Romae adulterij accusata & damnata. Agrippina maritum sibi postulat, nec accipit. Vndecim Asiae ciuitates certant, in quâ earum templum Tiberio statueretur. Smyrnaei prelati. Tandem Tiberius, non ultra dilato consilio, in Campaniam ab urbe abiit. ubi in speluncâ quâdam, repentino lapsu lapidum, periclitatur: sed à Seiano seruatur. quae res huic fidem addidit. Igitur Neronem maiorem e liberis Germanici aggreditur, & varijs artibus calumnijsque subuertit. Amphitheatri casu Fidenis multa hominum millia debilitata, vel obruta. Romae ingens incendium Caelum montem deurit. Princeps Capreas insulam transit, ibique se recondit. Titus Sabinus turpi fraude circumuentus accusatur, damnaturque ipsis anni Kalendis. Iulia neptis moritur. Frisij rebellant: quos L. Apronius Proprator inferioris Germaniae parùm feliciter repressum iit. Cn. Domitius Agrippinam Germanici filiam uxorem accipit. Hae sexennio ferè gesta.

C  
D

C. ASINIO, C. ANTISTIO COSS.  
CORNELIO CETHIGO, VISELLIO VARRONE.  
COSSO LENTVLO, ASINIO AGRIPPA.  
CN. LENTVLO GAETVL. C. CALVISIO.  
M. LICINIO CRASSO, L. CALPVNIO PISONE.  
AP. IVNIO SILANO, P. SILIO NERVA.

C. ASI-

Cap. 1.  
A. V. e.  
DCCLXXVI.  
Mutatio Ti-  
berij in penus.  
Causa, Æ-  
lius Seianus.



Qui Apicij  
delicium:  
pōit, Tiberij  
constitium.

Mores eius  
miri, &  
mixti.

Cap. 2.  
Castrorum  
in vrbe ille  
auctor.

ASINIO, C. Antistio Coss. nonus Tiberio annus erat compo- A  
sitæ Reip. florentis domus: (nam Germanici mortem inter pro-  
spera ducebat) cum repente turbare fortuna cœpit, sœuire ipse, aut  
sœuientibus vires præbere. Initium & causa penes <sup>1</sup> Ælium Seia-  
num, cohortibus prætorijs præfectū: cuius de potentiâ supra me-  
morauimus. Nunc originem, mores, & <sup>2</sup> quo facinore <sup>3</sup> dominationem  
captauerit, expediam. <sup>4</sup> Genitus Vulsinijs, <sup>5</sup> patre Seio Strabone  
equite Romano, & primâ iuuentâ C. Cæsarem diui Augusti ne-  
potem sectatus, non sine rumore <sup>6</sup> Apicio diuiti & prodigo stuprum venum dedisse; mox  
Tiberium varijs artibus deuinxit adeo, vt obscurum aduersum alios, sibi vni incautum  
intectumque efficeret. non tam solertiâ, (quippe ijsdem artibus victus est) quàm deum  
irâ in rem Romanam; cuius pari exitio viguit, ceciditque. Corpus illi laborum tolerans,  
animus audax, sui obtegens, in alios criminator, iuxta adulatio & superbia palam com-  
positus pudor, intus summa apiscendi libido: eiusque, causâ, modò largitio & luxus, sœpius B  
industria ac vigilantia, haut minùs noxiæ, quoties parando regno finguntur. Vim præ-  
fecturæ modicam antea intendit, <sup>7</sup> dispersas per urbem cohortes vna in castra condu-  
cendo; vt simul imperia acciperent, numeroque & robore, & visu inter se, fiducia ipsis,  
in ceteros <sup>8</sup> metus crederetur. Prætendebat lasciuire militem diductum: siquid subi-  
tum

## C O M M E N T A R I V S.

I. **ÆLIUM SEIANVM.]** Funestum hoc Romanis caput patrem habuit Seium Strabonem: sed in adoptionem datus alicui ex Ælijs, dictus mutato inflexoque, vt solet, patris nomine, L. Alius Seianus. Id enim prænomen illi Diodat lib. LVII. At in nummo aereo legi adfirmat mihi quidam Tiberium Seianum, cuius hæc inscriptio: TI. CÆSAR. DIVI. AVGVSTI. F. AVGVSTVS. AVGVSTA. BILBILIS. parte alterâ, corona è quercu. TI. ÆLIO. SEIANO. Non vidi ego.

2. QVO FACINORE.] Nece Drusi, quem veneno su stulit.

3. DOMINATIONEM CAPTAVERIT.] Probum videbatur: & captauit certè, non cepit. Tamen cum in Mediceo sit, raptum perit, placet quod Pichena efformat, raptum ierit.

4. GENITVS VVLSINIIS.] Quia ergo Vulsiniensis Seianus, ideò acutè & non sine morsu Iuuenalis:

— idem populus, si Nortia Thusco Fauisset, si oppressa foret secura senectus Principis, hac ipsâ Seianum diceret horâ Augustum.

Nam Nortia, vel potius, vt libri meliores, Nurscia, Volsiniensium peculiaris dea. Linius lib. VII. Volsinijs quoque clauos indices numeri annorum fixos in templo Nursciæ Etruscæ deæ diligens talium monumentorum [ auctor ] Cincius adfirmat. Vbi velim deleri minutum illud glossema, quod circumscripsi. Tertullianus: Asculanorum Ancaria dea, Volsiniensium Nurscia, Oriculanorum Valentia, Sutrinorum Nortia.

5. PATRE SEIO STRABONE.] Qui & ipse prætorijs cohortibus præfuit: sed in Ægypti administrationem misso, solus deinde filius. Ob hæc officia, attollet magnifico elogio Velleius: Seianus Ælius, princi-

pe equestris ordinis patre natus, materno verò genere clarissimas, veteresque & honoribus insignes, complexus familias. Quod autem maternum genus? Iunium, vt opinor: hoc argumento, quòd Iunius Blæsus Proconsul Africae, auunculus ei fuit. C Tacitus lib. III. extremo.

6. APICIO DIVITI.] Quod idem Dio adfirmat lib. LVII. qui M. Gaium Apicium nominat. Sed Apicios eiusdem nota & luxus tres reperio. Primum, qui Athenæo nominatus lib. IIII. cap. XX. qui veteri rep. vixit, quemq; à Posidonio celebratum ait, & auctorem fuisse vt Rutilius in exsilium mitteretur. Alterum, qui Augusti & Tiberij ævo. de quo noster hic, & Seneca Consolat. ad Elbiam: Apicius nostrâ memoriâ vixit, qui in eâ vrbe ex quâ aliquando Philosophi vt corruptores iuuentutis abire iussi sunt, scientiam populiæ professus, disciplinâ suâ sæculum infecit. Qui idem Plinio dictus nepotum omnium altissimus gurgis: & de cuius delicijs volumen Appioni Grammatico scriptum, lego in Athenæi lib. VII. At tertium, qui in imperio Traiani, cuius D mentio apud Suidam in Θερρα. Τεγανῶς ἐν Πάρθοις ὄντι καὶ τῆς Θαλασσιῆς ἀπέχοντι ἡμερῶν πολλῶν ὁδόν, Ἀπίκιος ὁ ὀψοφάγος ὅσπερ ἑαυτὰ διεπέμψατο ὑπὸ σοφίας τεθροναρισμῶν. si tamen Traiani ibi vox incorrupta.

7. DISPERSAS PER VRBEM.] Non per urbem modo, sed per opida vicina dispersæ fuerunt Prætorie cohortes, ex Suetonij cap. XLIX. in Augusto: Neque vniquam plures quàm tres cohortes in vrbe esse passus est, easque sine castris: reliquas in hiberna & æstiuâ circa finitima opida dimittere assuerat.

8. METVS CREDERETVR.] Monuit me Iosias Mercerus legendum videri, dederetur, vel, dideretur. quod verbum sanè ubique in Tacito velut fataliter corruptum. In manuscripto aiunt esse credetur: siquis aliud fortè eruet.

**A** tum ingruat, maiore auxilio pariter subueniri. & seuerius acturos, si vallum statuatur  
 9 procul urbis inlecebris. Ut perfecta sunt castra, inreperere paullatim militares animos,  
 adeundo, appellando: simul centuriones ac tribunos ipse diligere. 10 neque senatorio  
 ambitu abstinebat, clientes suos honoribus aut prouincijs ornando, facili Tiberio, atque  
 ita prono, vt socium laborum, non modò in sermonibus, sed apud patres & populum  
 celebraret, colique per theatra & fora effigies eius, 11 interque principia legionum sine-  
 ret. Ceterum plena Cæsaris domus, iuuenis filius, nepotes adulti, moram cupitis ad-  
 ferebant: & quia vi tot simul corripere intutum, dolus interualla scelerum poscebat.  
 placuit tamen occultior via, & à Druso incipere, in quem recenti irâ ferebatur. Nam  
 Drusus impatiens æmuli, & animo commotior, orto fortè iurgio 12 intenderat Seiano  
 manus, & contra tendentis os verberauerat. Igitur cuncta tentanti promptissimum vi-  
 sum, 13 ad uxorem eius Liuiam conuertere: quæ soror Germanici, formæ initio ætatis  
 indecoræ mox pulchritudine præcallebat. Hanc, vt amore incensus, adulterio pellexit.  
**B** & postquam primi flagitij potitus est, neque femina amisâ pudicitiam alia abnuerit; ad  
 coniugij spem, consortium regni, & necem mariti impulit. Atque illa, cui auunculus  
 Augustus, focer Tiberius, ex Druso liberi, seque ac maiores & posteros 14 municipali  
 adultero fœdabat; vt pro honestis & præsentibus, flagitiosa & incerta expectaret. Su-  
 mitur in conscientiam 15 Eudemus amicus ac medicus Liuiæ, specie artis frequens se-  
 cretis. pellit domo Seianus uxorem Apicatam, ex quâ tres liberos genuerat, ne pellici  
 suspectaretur. Sed magnitudo facinoris metum, prolationes, diuersa interdum consilia  
 adferebat. Interim anni principio, Drusus ex Germanici liberis togam virilem sumit:  
 quæque fratri eius Neroni decreuerat senatus, repetita. addidit orationem Cæsar, mul-  
 tã cum laude filij sui, quòd patriã beneuolentiã in fratris liberos foret. Nam Drusus  
 (quamquam arduum sit, eòdem loci potentiam & concordiam esse) æquus adolescenti-  
 bus, aut certè non aduersus habebatur. Exin vetus & sæpè simulatum proficiscendi in  
 prouincias consilium refertur. multitudinem veteranorum prætexebat imperator, &  
 dilectibus supplendos exercitus. nam voluntarium militem deesse: ac si suppeditet,  
 non

Viam ad imperium fruit.

Cap. 3.

Igitur Drusum amoliri conatur.

Idq; per Liuiam uxorem, stupr cognitam.

Eudemus administer.

Cap. 4.

Drusus minor in viros lectus.

**9. PROCVL VRBIS INLECEBRIS.** ] Quomodo hoc verum? nam castra ista ad ipsam urbem fuerunt, iuxta portam Viminalem: & hoc antiquarij nostri hodie docuerunt, vel Onufrium in vrbe Romã vide. Adde hæc Scholiastis præsi, in Iuuenalem: Iuxta Aggerem primus posuit castra Seianus, id est super Diocletianas: quæ dicta sunt Castra Prætoria. Sunt ipsa, quæ dixi. nam Agger Tarquinij, est ad Viminalem; & infra, Diocletiana. Sed quod querebam, quomodo igitur procul urbis illecebris? Non nimis herclè: nisi quòd non in medijs ipsis, & quòd amoti à consuetudine vulgi. Item quòd vallo clausi, & licentia cohibita: quò ad spectum.

**10. NEQUE SENATORIO AMBITV.** ] Id est, neque nolebat à Senatu ambiri, coli: cum & eos promoueret, ac posse ibi doceret.

**11. INTERQVE PRINCIPIA LEGIONVM SENERET.** ] Inter militaria signa, ait Suetonius capite XLVIII. in Tiberio. de quo ritu abundè in libris Histor. & Milit. Rom.

**12. INTENDERAT SEIANO MANVS.** ] Intendere manus, principium & causâ iurgij etiam hodie apud Italum vulgus. Libro I. supra: Postremò deserunt tribunal, vt quis Prætorianorum militum amicorumve Cæsaris occurreret, manus intentare, causam discordiæ & initium armorum. Lib. XIII. Simul intendere manus, aggerere probra. Seneca De clementiã lib. I. Conclamatio ciuitatis & fuga est, & dis ipsis manus intenduntur. Ad quòd sequitur, Seiani os palmã percussum à Druso:

aliter apud Dionem & Zonaram legas; qui Drusum percussum voluit à Seiano. Itaque eorum fide rescribit hic Vertranus, Et hic contra tendentis os verberauerat. Neutri mihi persuadent; non illi sententiam, non hic lectionem. Seianum non tam proruptã audaciã fuisse crediderim, vt vltro verberarit Principis Romani filium, Tribunicia potestate, & imperij consortem: & conuenit magis in mores Drusi, cui adeò promptè ad verbera manus, vt hæc de causâ Castor sit cognominatus, teste Dione ipso lib. LVII.

**13. AD UXOREM EIVS LIVIAM.** ] Suetonius Liuiam semper vocat: vt Claudiam, quam noster Claudiam. Nec te mouerit, ὑποβολεσμαι est, vt Secundilla, Tertulla, Quartilla in feminarum nominibus per blanditias frequens. Sic in Museo Carpeni lapis de hæc ipsa Liuiã,

SECUNDA	TI. CLAVDIVS
LIVILLAES	CÆSARIS. L.
MEDICA	CELER. ÆDITVS
	A. VESTA.

**14. MVNICIPALI ADVLTERO.** ] Quasi diceret, Ne Romano quidem. Nam municipales, tunc minus honorati, aut pares urbanis censebantur. Ita Iuuenalis, per contemptum: Municipalis eques. Florus: Municipalia prodigia. Erat autem Seianus Vulsinijs natus.

**15. EVDENVVS.** ] In criminatione medicorum non omisit eum Plinius lib. XXIX. cap. I. Iam verò & adulteria etiã in principum domibus, vt Eudemi in Liuiã Drusi Cæsaris.

16. QVAN-

erat compo-  
 m inter pro-  
 ire ipse, aut  
 Elium Scia-  
 à suprã me-  
 minationem  
 io Strabone  
 Augusti ne-  
 dedisse; mox  
 i incautum  
 quã deum  
 um tolerans,  
 palam com-  
 luxus, sæpius  
 Vim præ-  
 astra condu-  
 fiducia ipsis,  
 siquid subi-  
 tum  
 aterno verò ge-  
 onoribus inli-  
 tem maternus  
 mento, quòd lu-  
 anculus ei sui  
 m Dio adfirmat  
 m nominat. Sed  
 perio. Primus,  
 xx. qui vetu-  
 bratum ait, &  
 um mitteretur.  
 uo. de quo nosse  
 Apicius nostri  
 quã aliquando  
 utis abire iussi  
 disciplinã sui  
 dictus nepotum  
 minis delictis  
 n, lego in Ahe-  
 o Traiani, cuius  
 quæ est prædus  
 ὑποβολεσμαι  
 ὑποβολεσμαι  
 Traiani ibi vos  
 Non per urbem  
 uerunt Prætoria  
 Augusto: Neque  
 es in vrbe esse  
 quas in hiberna  
 ttere assuerat.  
 conuit me Iosias  
 vel, dideretur.  
 velut fataliter  
 redetur: siquid  
 9. Pro-

Recensio legionum & militum:

Cap. 5. Quot, & ubi Classis.

Legiones Germanica. Hispanica.

Africana.

Syriaca.

Pannonica.

Moesica. Dalmatica.

Urbanus miles.

\* colonijs

\* fuerit;

Cap. 6. Civitas administratio, qualis hactenus?

non eadem virtute ac modestia agere: quia plerumque inopes ac vagi sponte militiam assumant. percensuitque cursim numerum legionum, & quas provincias tutarentur. Quod mihi quoque exsequendum reor: quæ tum Romana copia in armis, qui focij reges,<sup>16</sup> quanto sit angustius imperitatum. Italiam utroque mari<sup>17</sup> duæ classes, Misenum apud & Rauennam, proximumque Gallia litus rostratae naues praesidebant, quas Actiacâ victoriâ captas Augustus in opidum Foro-Julienſe miserat, valido cum remige. Sed praecipuum robur Rhenum iuxta, commune in Germanos Gallosque subsidium,<sup>18</sup> octo legiones erant.<sup>19</sup> Hispaniæ recens perdomitæ, tribus habebantur. Mauros Iuba rex acceperat, donum populi Romani:<sup>20</sup> cetera Africae, per duas legiones, parique numero Ægyptus. dehinc initio ab Suriâ vsque ad flumen Euphraten, quantum ingenti terrarum sinu ambitur, quattuor legionibus coercitum; accolis Hiberno, Albanoque, & alijs regibus, qui magnitudine nostrâ proteguntur aduersum externa imperia. Et Thraciam, Rhæmetalces ac liberi Cotyis: ripamque Danubij, legionum duæ in Pannoniâ, duæ in Moesiâ attinebant:<sup>21</sup> totidem apud Dalmatiam locatis, quæ positu regionis à tergo illis, ac si repentinum auxilium Italia prosceret, haut procul accirentur. Quamquam infideret urbem proprius miles,<sup>22</sup> tres urbanæ, nouem prætoriarum cohortes, Etruriâ fermè Umbriaque dilectæ, aut vetere Latio,<sup>23</sup> & \* colonis antiquitus Romanis. At apud idonea provinciarum<sup>24</sup> sociæ triremes, alæque, & auxilia cohortium.<sup>25</sup> neque multò secus in ijs virium: sed persequi incertum \* fuit; cum ex vsu temporis huc illuc mearent, gliscerent numero, & aliquando minuerentur. Congruens crediderim recensere ceteras quoque Reip. partes, quibus modis ad eam diem habitæ sint: quando Tiberio mutati in deterius principatus initium ille annus attulit. Iam primùm publica negotia, & priuatorum maxima, apud patres tractabantur: dabaturque primoribus differere: & in adula-

16. QUANTO SIT ANGVSTIVS. ] Rectè. & dictum in Traiani laudem, qui fines imperij promouit. Dixi supra.

17. DVÆ CLASSES. ] Hæc & sequentia explico vbertim in Admirandis, lib. I.

18. OCTO LEGIONES. ] Diuise per varia castra & castella. Florus de Druso: Per Rheni quidem ripam ampliùs quinquaginta castella direxit. Quæ non dubia origo nobilium in eo tractu opidorum.

19. HISPANIÆ RECENS PERDOMITÆ. ] Ab Augusto. Linius libro XXVIII. de Hispaniâ: Ita ergo prima Romanis inita provinciarum, quæ quidem continentis sint. postrema omnium nostrâ demùm ætate ductu auspicioque Augusti Cæsaris perdomita est. Propter Cantabros scilicet & Astures, quos ipse deuicit.

20. CETERA AFRICÆ PER DVAS. ] An tu duas? Atqui vna legio adtributa Africae ab Augusto Tiberioque, te ipso teste non vno loco. Libro. IV. Historiarum scribis. Legio in Africâ auxiliâque tutandis imperij finibus, sub Diuo Augusto Tiberioque principibus, Proconsuli parebant. Et lib. II. Annalium: Furius Camillus Proconsul Africae, legionem, & quod sub signis sociorum, ad hostem duxit. Libro. II. Histor. In Africâ legio, cohortesque dilectæ à Clodio Macro. Vidimus hunc nexum, & soluemus. Vnam legionem ordinariam Africae fuisse, verissimum est. Vnde hic ergo duæ? Per bellum Tacfarinatis abducta è Pannoniâ legio, & in Africam missa. Suprà libro III. Pifo adsequitur legionem, quæ è Pannoniâ in urbem dein praesidio Africae ducebatur. Ea ibi mansit biennium paullo ampliùs, iterumque in Pannoniam remissa. Hoc ipso libro, statim: Cæsar post res à Blæso gestas, quasi nul-

lis iam in Africâ hostibus, reportari Nonam legionem iusserat: nec Proconsul eius anni Dolabella retinere ausus fuerat, iussa Principis magis quam incerta belli metuens. At enim quia quo loco quaque legio hoc ipso anno fuerit, decretum scribere Tacito, & nondum eâ abductâ: idèo duas ecce in Africâ collocauit, in Pannoniâ duas. Atqui tres in istâ debuerat: quod clarum vel ex ijs, quæ in seditione trium Pannonicarum legionum dicta supra. Vbi etiam recensita hæc Nona.

21. TOTIDEM APVD DALMATIAM. ] Dalmatia Augusto tradita, perpetuumque praesidium in eâ decretum, anno urbis DCCXLIII. Antea inermis fuit. Adi Dionem, lib. LIIII.

22. TRES VRBANÆ, NOVM PRÆTORIÆ COHORTES. ] Vigilum autem cur omittit? quæ numero & robore supra urbanas. Septem enim cohortes erant, instituta iam inde ab Augusto. Causa hæc. quia id eui, inter legitimos iustosque milites, Vigiles non censebantur. Itaque in omnibus bellis civilibus Galbe, Othonis, Vitellij, rara eorum mentio, nullus vsus. E libertinis lecti erant, vile genus, & Vulcani potius ministri quam Martis. Itaque nec Praefecti vigilum inter illustres dignitates mentio Tacito vsquam: cuius auctoritas tamen adoleuit, sicut & militum ipsorum, uti ex Pandectis alijsque scriptoribus clarum. Dicam de hoc omni urbano milite cum curâ, ad libros Historiarum.

23. ET COLONIS. ] Potius, colonijs.

24. SOCIÆ TRIREMES. ] Vt classis in Danubio, classis in Rheno, in Ponto.

25. NEQUE MVLTÒ SECVS. ] Dicit clarè, non minus virium roborisque in Auxilijs fuisse, quam in Legionibus: ex quo magnitudinem operisque videas imperij Romani.

26. RARI

**A** adulationem lapsos, cohibebat ipse. mandabatque honores, nobilitatem maiorum, claritudinem militiae, inlustres domi artes spectando: ut satis constaret, non alios potiores fuisse. Sua consulibus, sua praetoribus species: minorum quoque magistratuum exercita potestas: legesque, si maiestatis quaestio eximeretur, bono in usu. At frumenta, & pecuniae vectigales, cetera publicorum fructuum, societatibus equitum Romanorum agitabantur. Res suas Caesar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis ex fama mandabat; semelque adsumti tenebantur. prorsus sine modo, cum plerique iisdem negotiis infenescerent. Plebes acri quidem annonae fatigabatur: sed nulla in eo culpa ex principe, quin infecunditati terrarum, aut asperis maris obuiam ijt, quantum impendio, diligentiaque poterat. Et ne provinciae novis oneribus turbarentur, utque vetera sine avaritia aut crudelitate magistratuum tolerarent, providebat: corporum verbera, ademptiones bonorum aberant.

**B** <sup>26</sup> Rari per Italiam Caesaris agri, modesta seruitia; intra paucos libertos domus; ac si quando cum priuatis disceptaret, forum & ius. quae cuncta, non quidem comi via, sed horridus ac plerumque formidatus retinebat tamen, donec morte Drusi verterentur. nam dum superfuit, mansere: quia Seianus incipiente adhuc potentia, bonis consilijs notescere volebat, & vltor metuebatur, non occultus odij, & crebro querens, *incolumi filio adiutorem imperij alium vocari. & quantum superesse ut collega dicatur? Primas dominandi spes in arduo; ubi sis ingressus, adesse studia & ministros. exstructa iam sponte praefecti castra, datos in manum milites: cerni effigiem eius, in monumentis Gn. Pompeij: 28 communes illi cum familia Drusorum fore nepotes. 29 precandam post haec Modestiam, ut contentus esset.* Neque raro, neque apud paucos talia iaciebat; & secreta quoque eius, corrupta vxore, prodebantur. Igitur Seianus maturandum ratus, diligit venenum, quo paullatim intepente, fortuitus morbus adsimularetur. Id Druso datum per Lygdum Spadonem, <sup>30</sup> ut octo post annos cognitum est. Ceterum Tiberius per omnes valetudinis eius dies, nullo metu, an ut firmitudinem animi ostentaret, etiam defuncto, necdum sepulto, curiam ingressus est: <sup>31</sup> consulesque sede vulgari per speciem maestitiae sedentes, honoris locique admonuit; & effusum in lacrimas senatum, victo gemitu, simul oratione continuam erexit. *Non quidem sibi ignarum, posse argui, quod tam re-*

**C** *centi*

<sup>26.</sup> RARI PER ITALIAM.] *Non latifundia, ut postea, ex bonorum publicatione, & reorum damnationibus parta.*

<sup>27.</sup> CERNI EFFIGIEM EIVS.] *Statuam aeneam in theatro Pompeij. Dio.*

<sup>28.</sup> COMMUNES ILLI.] *Consideremus, quae Suetonius Claudij filio Druso desponsam Seiani filiam scribit, cap. XXVII. in Claudio, nec alius sententiae est, quod noster lib. III. dixit Claudij filio Seianum socerum destinatum. Haec certa, clara, sed quomodo hic Drusus queritur, communes illi fore cum Drusorum gente nepotes? Locum non habet ea querela, vana est. si verè idem Suetonius scribit, Drusum extinctum post paucos dies, quam ei Seiani filia esset desponsa. Desponsa \* autem ante biennium, ut ex Taciti supra verbis clarum: ante biennium ergo extinctus, & simul connubij nepotumque spes. An aliud aliquid est, quod noster hic respexit? nemo dicet. In Zonarà lego, Iuliam Drusi filiam desponsam Seiano: corruptè. quia scribendum Liniam: intellegitque Germanici sororem, de qua infra dicemus, Drusi maioris prolem. Quid nugamur? cum omnia scrinia excusserimus, non insiciabimur, quin Tacitus guttam attigerit è flumine Lethes.*

<sup>29.</sup> PRECANDAM POST HÆC MODESTIAM.] *Mirum genus loquendi, quasi Modestia inter deas. Et caue tamen immures. simile illud è libro XV. Sic*

quoque optimam Fortunam orandam, ut pedes confectis itinerum spatijs equitem allequeretur.

<sup>30.</sup> UT OCTO POST ANNOS.] *Rectè. eo ipso videlicet anno, quo interfectus Seianus, cum Apicata eius vxor haec scelera prodidit. Vide Dionem LVIII.*

<sup>31.</sup> CONSVLES SEDE VULGARI.] *id est, in sedibus Praetorum aut Tribunorum, ut Dio interpretari videtur, in morte Augusti, lib. LVI. Εἰς τὸν τόπον δὲ οἱ μὲν πολλοὶ ὡς πρὸς ἑκάστον εἰσώδει, οἱ δ' ὑπατοὶ κατὰ τὴν τοῖς βάρβροις, ὁ μὲν τῶν ἱερῶν ἑκατέρωθεν, ὁ δὲ τῶν ἱερῶν ἀμυγχαν. Verterem ego: Sederunt autem vulgus Senatorum. quo quisque loco solebat: Consules verò infernè in subsellijs, alter Praetorum, alter Tribunorum. Nec dissimile est, quod Suetonius scribit, Claudium de maiore negotio acturum, medium inter consulum sellas Tribunicio subsellio sedasse. Humiles autem Senatorum omnium sedes, alta Consulium & excelsae. Lucanus v.*

*Vt primum mæltum tenuere silentia coetum, Lentulus è celsa sublimis sede profatur. Lentulus enim ibi Consul. & alius poeta quispiam, Conspicuum signis cum premet altus ebur. Intellegit Consulis sellam curulem: in qua, ornatus causâ signa.* Idem;

*Signa quoque in sellâ nossem formata curuli, Et totum Numidæ sculptile dentis opus.*

K

32. PRO-

Cap. 7.

Drusi de Seiano querela.

Quas vxor extulit. Cap. 8.

Igitur veneno tollitur. Firmitudo Tiberij in eo casu.

\* Anno vrbs DCCLXXIII.

26. RARI

centi dolore subierit oculos senatus: vix<sup>32</sup> propinquorum alloquia tolerari,<sup>33</sup> vix diem adspici à A  
 plerisque lugentium. neque illos imbecillitatis damnandos; setamen fortiora solatia è complexu  
 Reip. petiuisse. Miseratūque Augustæ extremam senectam, rudem adhuc nepotum, & ver-  
 gentem ætatem suam, vt Germanici liberi, vnica præsentium malorum leuamenta, indu-  
 cerentur, petiuit. Egressi consules, firmatos adloquio adolescentulos, deductosque ante  
 Cæsarem statuunt. Quibus apprehensis, Patres conscripti, Hos, inquit, orbatos parente,  
 tradidi patruo ipsorum, precatusque sum, quamquam eset illi propria suboles, ne secus quam  
 suum sanguinem foueret ac tolleret, sibi que & posteris confirmaret. Erepto Druso, preces ad vos  
 conuerto, dijsque & patriâ coram obtestor, Augusti pronepotes, clarissimis maioribus genitos  
 suscipite, regite: vestram meamque vicem explete. Hi vobis Nero & Druse parentum loco: ita  
 nati estis, vt bona malaque vestra ad Remp. pertineant. Magno ea fletu, & mox precati-  
 bus faustis audita. ac si modum orationi posuisset; misericordiâ sui gloriaque animos  
 audientium impleuerat. ad vana & toties inuisa reuolutus, de reddendâ Rep. vtque con-  
 sules seu quis alius regimen susciperent, vero quoque & honesto fidem demisit. Memo-  
 ria Drusie eadem quæ in Germanicum decernuntur; plerisque additis, vt fermè amat  
 posterior adulatio. Funus imaginum pompâ maximè inlustre fuit, cum origo Iuliæ  
 gentis Æneas, omnesque Albanorum reges, & conditor vrbis Romulus, post Sabina  
 nobilitas,<sup>34</sup> Appius Clausus, ceteraque Claudiorum effigies, longo ordine spectaren-  
 tur. In tradendâ morte Drusi, quæ plurimis maximeque fidis auctoribus memorata  
 sunt, rettuli: sed non omiserim eorundem temporum rumorem validum adeo, vt non-  
 dum exolescat. Corruptâ ad scelus Liviâ, Seianum Lygdi quoque Spadonis animum  
 stupro vinxisse: quod is Lygdu ætate atque formâ carus domino, interque primores  
 ministros erat. deinde inter conscios, vbi locus beneficij tempusque composita sunt;  
 eò audaciæ prouectum, vt verteret, & occulto indicio Drusum veneni in patrem ar-  
 guens, moneret Tiberium, vitandam potionem quæ prima ei apud filium epulanti of-  
 ferretur. Eâ fraude tum senem, postquam conuiuium inierat, exceptum poculum  
 Druso tradidisse: atque illo ignaro & iuueniliter hauriente, auctam suspicionem, tam-  
 quam metu & pudore, sibi met inrogaret mortem, quam patri struxerat.<sup>35</sup> Hæc vulgò  
 iactata, super id quod nullo auctore certo firmantur, promptè refutaueris. Quis enim  
 mediocri prudentiâ, nedum Tiberius tantis rebus exercitus, inaudito filio exitium of-  
 ferret, idque suâ manu, & nullo ad pœnitendum regressu? Quia potius ministrum ve-  
 neni excruciet, auctorem exquiret, insitâ denique etiam in extraneos contatione &  
 morâ, aduersum vnicum & nullius antè flagitij compertum vteretur. Sed quia Seianus  
 facinorum omnium repertor habebatur ex nimia caritate in eum Cæsaris, & cetero-  
 rum in vtrumque odio, quamuis fabulosa & immania credebantur:<sup>36</sup> atrocior sem-  
 per famâ, erga dominantium exitus. Ordo alioqui sceleris per Apicatam Seiani prodi-  
 tus, tormentis Eudemi ac Lygdi patefactus est: neque quisquam scriptor tam infensus  
 exstitit, vt Tiberio obiectaret, cum omnia alia conquirent, intenderentque. Mihi tra-  
 dendi arguendique rumoris causa fuit, vt clarò sub exemplo falsas auditiones depelle-  
 rem, peteremque ab ijs quorum in manus cura nostra venerit, ne diuulgata atque incre-  
 dibilia, auidè accepta, veris neque in miraculum corruptis antehabeant. Ceterum  
<sup>37</sup> laudante filium pro rostris Tiberio, senatus populisque habitum ac voces dolentium  
 simula-

Germanici  
 liberi in cu-  
 riam acciti.  
 Commendati  
 patribus.

Cap. 9.  
 Curam ve-  
 rum deprecatur  
 Tiberius:  
 Parum serid

Funus Dru-  
 so.

Cap. 10.  
 Variatum in  
 morte eius  
 tradendâ.

Quam non-  
 nemo patri  
 parum pro-  
 uido adscri-  
 bit.

Cap. 11.  
 Refe. lit no-  
 ster.

Cap. 12.

32. PROPINQVORVM ALLOQVIA. ] Alloquia, proprie in consolatione. notatum alijs.

33. VIX DIEM ADSPICI. ] Ita enim moris, vt limine & domo se continerent in luctu. Plinius lib. IX. Mitto ad Ariam. rogo vt veniat. quoniam me recens adhuc luctus limine contineret.

34. APPIVS CLAVSVS. ] Lego, Atta Clausus, vel Attus. Ad lib. XII. Annal.

35. HÆC VVLGO IACTATA. ] Et credita Orofio, qui libro VII. tradit Drusum à Tiberio veneno exstinctum. At me non valde mouent eiusmodi scriptores,

legitime historie (dicam iratis quorundam auribus) de honestamenta.

36. ATROCIOR SEMPER FAMA. ] Id valet, spargi plurimum & credi atrociora aut tragica, de morte dominantium.

37. LAVDANTE FILIVM. ] Velo quidem interposito, ne Pontificis maximi oculi adspicere cadaueris funestarentur. Seneca, Consolatione ad Martiam: Tiberius Cæsar, & quem genuerat, & quem adoptauerat, amisit. ipse tamen pro rostris laudauit filium, stetitque, in conspectu posito corpore, interiecto

**A** simulatione magis quam libens induebat, domumque Germanici reuiuiscere occulte lætabantur. Quod principium fauoris, & mater Agrippina spem malè tegens, perniciem adcelerauere. Nam Seianus ubi videt mortem Drusi inultam interfectoibus, sine mœrore publico esse, ferox scelerum, & quia prima prouenerant, volutare secum, quonam modo Germanici liberos peruerteret, quorum non dubia successio. neque spargi venenum in tres poterat, egregiâ custodum fide, & pudicitia Agrippinæ impentrabili. Igitur contumaciam eius insectari, vetus Augustæ odium, recentem Liuiæ conscientiam exagitare, vt superbiam fecunditate subnixam, popularibus studijs inhiare dominationi, apud Cæsarem arguerent. Atque hæc callidis criminatoribus (inter quos dilegerat <sup>38</sup> Iulium Postumum, per adulterium Mutiliæ Priscæ inter intimos auia, & consilijs suis peridoneum: quia Prisca in animo Augustæ valida) anum suapte naturâ potentia anxiam, infociabilem nurui efficiebat. Agrippinæ quoque proximi inliciebantur, prauis sermonibus tumidos spiritus perstimulare. At Tiberius, nihil intermissâ rerum curâ, negotia pro solatijs accipiens, ius ciuium, preces sociorum tractabat. Factaque auctore eo senatusconsulta, vt ciuitati Cibyraticæ apud Asiam, Ægirensi apud Achaiam motu terræ labefactis, subueniretur remissione tributi in triennium. Et Vibius Sereus <sup>39</sup> proconsul vltioris Hispaniæ de vi publicâ damnatus, <sup>40</sup> ob atrocitatem temporum in insulam Amorgum deportatur. Carus Sacerdos reus tamquam frumento hostem Tacfarinatem iuisset, absoluitur; eiusdemque criminis C. Gracchus. Hunc comitem exilij admodum infantem, <sup>41</sup> Pater Sempronius in insulam Cercinam tulerat. Illuc adultus inter extorres & liberalium artium nescios, mox per Africam ac Siciliam mutando sordidas merces sustentabatur: nec tamen effugit magnæ fortunæ pericula. Ac ni Ælius Lamia & L. Apronius, qui Africam obtinuerant, in fontem protexissent, claritudine infausti generis, & paternis aduersis foret abstractus. Is quoque annus legationes Græcarum ciuitatum habuit; Samijs Iunonis, Cois Æsculapij delubro, vetustum asyli ius vt firmaretur, petentibus. Samij decreto Amphictyonum nitebantur, quibus præcipuum fuit rerum omnium iudicium, quâ tempestate Græci conditis per Asiam vrbi-

Fauor omnium in liberos Germanici. Quibus insidiatur Seianus.

Et Agrippinam matrem patris criminatur.

Cap. 13.

Subleuata vrbes. Accusati aliquot.

Inter eos C. Gracchus.

Cap. 14.

Iterum de Asylo actum.

iecto tantummodò velamento, quod Pontificis oculos à funere arceret. Recenset eundem ritum Dio LIV. in funere Agrippæ, sed causam eius ignorare fatetur, & quam Seneca dedit, refellit. Verba sunt: Τὸν τε λόγον τὸ ἐπ' αὐτῆς εἶπε ὡδὲ πέντασμα πὶ αὐτῆς τῆς νεκρῆς ὡδὲ τείνας, ὅπερ ἐγὼ μὲν ἐκ οἶδα δὲ τί ἐποίησεν. εἶρη δ' ὁμοῦ τοῖς μὲν ὅτι ἀρχιερεὺς ἦν, τοῖς δὲ ὅτι τὰ τῆς πμνητῆς ἐπραττεν, ἐκ ὁρῶν φερονέσιν. ἔτε γὰρ τῶ ἀχίερα ἀπειρήν) νεκρὸν ὄραν. ἔτε τῶ πμνητῆ, ὡλλὼ ἀν τὸ τέλος ταῖς ἀπογραφαῖς μέλλη ἐπαξέω. Id est: Sed & laudationem Agrippæ Augustus recitauit, velo quopiam ante mortuum expanso. Id cui rei factum, mihi non liquet. Tamen alij volunt idèd, quia Pontifex esset: alij, quia obiret munera Censoris. Neutri rectè. Neque enim vel Pontifici mortuum adspicere nefas: neque Censori, nisi cum finem censioni imponit, conditque lustrum. Hæc Dio: sed ego existimo, de Pontifice Senecam \* vera dicere. Sacer enim: idèd, non ipsum solum arceri aspectu funesto, sed & statuas deorum voluerunt. Quæ si in loco posita, ubi supplicia & cædes, velari eas mos fuit, aut transferri. Notat ipse Dio lib. vltimo. Claudius, inquit, delectabatur gladiatoribus, & præsertim meridianis. Idèd plerosque seruos, qui dominos sub Caio aut Tiberio calumniati erant, hoc modo perdebat. Eorumque tantus fuit numerus, vt Augusti statuam eo loci positam iusserit transferri, ne aut semper adspiceret cædes, aut semper velata esset. Ceterum de Pontifice, in Iudeorum ritu simile Philo notat, De

Monarchiâ: à caduere arceri.

38. IULIUM POSTUMUM. ] Estne ille, qui Praefectus Ægypto postea? de quo Romæ lapis,

PRO. SALUTE. TI. CLAUDI. CÆSARIS. AVG. GERMANICI. PONT. MAX. TRIB. POT. VII. COS. IIII. IMP. XV. P. P. CENSORIS. . . . . LIBERORVMQVE.

EX. VOTO. SVSCEPTO. C. IVLIVS. SEX. F. COR. POSTVMVS. PRÆF. ÆGYPTI.

Vix puto. Claudij enim euo ille floruit, non hoc Tiberiano.

39. PROCONSVL VLTIORIS HISPANIÆ. ] Id est Baticæ, quæ populo relicta, & idèd in eâ Proconsul. Plura distinctius de Hispaniæ diuisione infra ad I. Histor.

40. OB ATROCITATEM TEMPORVM. ] Placet olim emendatio, atrocitatem morum. quam velim distinctione iuuari hoc modo: de vi publicâ damnatus ob atrocitatem morum, in insulam. Facilis exscribentium lapsus repetitione syllaba, temporum. Et si non sum ignarus à Suetonio temporum atrocitatem dictam, Calig. cap. VI. sed hîc vt censeo parum opportunè. Puto autem pertinuisse ad Sereum caput hoc legis Iulie: Iulia de vi publicâ tenetur, qui cum imperium potestatemve haberet, ciuem R. aduersus prouocationem necauerit, verberauerit, iusseritve quid fieri, aut quid in collum iniecerit vt torqueatur.

41. PATER SEMPRONIVS. ] Qui adulter in Iulia, supra lib. I.

\* Facit à Seneca Tacitus libro 11. Neque Imperatorem augustinu & vetustissimis caerimonijs præditum contractat: feralia debuisse.



urbibus orâ maris potiebantur. Neque dispar apud Coos antiquitas : & accedebat meritum ex loco. Nam ciues Romanos templo Æsculapij induxerant, cum iussu regis Mithradatis apud cunctas Asiæ insulas & vrbes trucidarentur. Varijs dehinc & sapius inritis prætorum questibus, postremò Cæsar de immodestiâ histrionum rettulit. Multa ab ijs in publicum seditiosè, fæda per domos tentari : <sup>42</sup> Oscum quondam ludicrum leuissimæ apud vulgum oblectationis, eò flagitiorum & virium venisse, vt auctoritate patrum coërcendum sit. Pulsi tum histriones Italiâ. Idem annus alio quoque luctu Cæsarem adficit, alterum ex geminis Drusi liberis extinguendo : neque minùs morte amici. Is fuit Lucillius Longus, omnium illi tristium lætorumque socius, vnusque è senatoribus Rhodij secessus comes. Ita quamquam nouo homini, <sup>43</sup> censorium funus, effigiem <sup>44</sup> apud forum Augusti, publicâ pecuniâ patres decreuere : apud quos etiam tum cuncta tractabantur. adeò vt <sup>45</sup> procurator Asiæ Lucillius Capito, accusante prouinciâ causam dixerit, magnâ cum adseueratione Principis, non se ius nisi in seruitia & pecunias familiares dedisse. quòd si vim prætoris vsurpasset, manibusque militum vsus foret ; spreta in eo mandata sua, audirent socios. Ita reus, cognito negotio, damnatur. Ob quam vltionem, & quia priore anno in C. Silanum vindicatum erat, decreuere Asiæ vrbes templum Tiberio matrique eius, ac senatui. Et permissum statuere. egitque Nero grates eâ causâ patribus atque auo, lætas inter audientium adfectiones, qui, recenti memoriâ Germanici, illum adspici, illum audiri rebantur : aderantque iuueni modestia, ac

Histriones coërcentur.

Cap. 15.

Lucillius mors, & publicum funus.

Capito damnauit.

Tiberio templum in Asiâ.

\* At de triumphali, sub principibus nihil legi: & videtur confusum cum Censorio. Nam & Claudius & Pertinax eo elati, tamquam diuinito.

\* Turbaque diuersâ nauigat omnis aqua.

42. OSCVM LVDICRVM. ] Quod celebratum Romæ, non Romanâ linguâ. Strabo libro V. Ἰδιον δὲ π τοῖς Ὀσκοῖς καὶ τῷ Ἰσθμῷ Ἀπολονίων ἐθετο συμβέβηκε. τῷ δὲ μὲν ὁ Ὀσκῶν ἐκλελειπτότων, ἢ δὲ λεκτοῦ μὲν οὐδὲ τῶν Ῥωμαίων, ὡς ἐποιοῦμεθα σκηνοβατεῖσιν κατὰ πᾶσα ἀγῶνα πάτριον, καὶ μιμολογεῖσθαι. Censent idem, cum Atellanis ludis: nec errant. Nam Atella, Oscorum vrbs. Sermo autem Oscus, diuersus à Latino. Tinnius.

Qui Oscè & Volscè fabulantur, nam Latine nesciunt. Quo & Campani vsi videntur, & vt Liuius alibi me docet, Samnites.

43. CENSORIUM FUNVS. ] Queri video quid sit censorium funus. Vertranius censuit, id esse in cuius nimiam pompam, vt in opus censorium, animaduertere Censoribus licuisset, nisi iussu Prætoris adfuisse. Nimis velim ad manum mihi laurus sit, quam mordeam: ita precordia mihi saliant ad risum. Alij idem putant Funus publicum, Funus censorium, Funus indiētium. Non audio. arbitror ego funus publicum & indiētium, eadem: nec aliud esse, quàm cum denuntiat & indicitur publicitus per præconem. Censorium, partem eius esse: id est, vt omne Censorium funus, Publicum sit (qui enim aliter honoratum esse potest?) at non omne Publicum, Censorium. Vt inter magistratus honoratissimi Censores; isq; cumulus quasi reliquarum dignitatum: sic inter funera illud, primo loco. Itaque Capitolinus de Pertinace: Funus imaginarium ei & Censorium ductum est, & ab ipso Seuero funebri laudatione honoratus est. Tacitus de Sabino fratre Imperatoris: Funusque Censorium Flauio Sabino ductum. Et libro XII. Decretum Claudio Censorium funus, & mox consecratio. Quâ ergo notâ eximium hoc funus? Credo istâ, vt omnia in eo purpurea essent, vestes stragulaq; in alijs, tantum purpura prætexta. Non obscure annuere mihi videtur Polybius, libro VI. Vbi autem præclarus aliquis ex domesticis obiit, instituunt

funeris apparatus, & circumfusi qui similes magnitudine ac staturâ videntur, vestes capiunt; si consul vel prætor fuit, purpurâ prætextas; si censor, purpureas; si triumphalis, auro intextas. Postrema Græcè sic habent: Ἐὰν μὲν ὑπατος καὶ στρατηγὸς ἢ γερωνὸς, πολεμοφόρου (intellege ἐδῆτας λαμβάνουσι.) ἐὰν δὲ πρυτάνης, ποροφύρας, ἐὰν δὲ καὶ τετραμυδονκῶς, δεσφύρας. Publico autem funeri opponitur, Tacitum, id est, sine pompâ, sine designatore, sine ludis, præcone, indiētione, silens & quietum. Seneca, De Tranquillitate lib. I. cap. I. Quid opus est sæculis duratura componere? Vis tu nunc id agere, ne te posterit taceant? morti natus es. minus molestiarum habet funus Tacitum.

ADD. E Polybij verbis suspicere distinctum Censorium funus à Triumphali fuisse, & hoc dignius. Mihi ita non videtur. Primum, quia nemo Latinorum Triumphale nominat. Deinde, quia Censorium reperio Principibus ipsis ductum (vt Claudio, vt Pertinaci:) quos constat honestissimo affectos. Tertio, quia illa ipsa ornamenta quæ triumphali tribuit Polybius, reperire est in isto. Vide Xiphilinum in Seuero. Currum huic interuenisse, ritu triumphantium, non opinor. Nam quod in Propertio legis,

Cuius honoratis ossa vehantur equis: verius est, aquis. & ille ipse poëta superiori eius libri Elegiâ, in amne infero distinxit duplices sedes & nauigationes. Quod in Dione etiam scriptum funere Augusti, imaginem eius vnâ (tres enim fuerunt) vectam ἐφ' ἀρματός πομπῆς, id est, curru triumphali, vt interpretes volunt: ego malle, curru pompali. & Carpentum intellegam, quo per pompam Circensium dij transuecti. Hoc enim noui honoris genus appositè tributum nouo diuo.

44. APVD FORVM AVGVSTI. ] Vbi in utrâque porticu ab ipso Augusto locatæ statuæ omnium veterum ducum. Suetonius.

45. PROCVRATOR ASIÆ. ] Eadem omnia è Tacito Dio, lib. LVIII. in extremo.

A ac forma, principe viro digna, notis in eum Seiani odijs ob periculum gratiora, idem tempus de flamine Diali, in locum Seruij Maluginensis defuncti legendo, simul rogandâ nouâ lege, differuit Cæsar. <sup>46</sup> *Nam patricios confarreatis parentibus genitos, tres simul nominari, ex quibus unus legeretur, vetusto more: neque adesse, ut olim, eam copiam, omisâ confarreati aduetudine, aut inter paucos retentâ. pluresque eius rei causas adferebat, potissimam, penes incuriam virorum seminarumque. Accedere ipsius carimonie difficultates, quæ consulto vitarentur.* <sup>47</sup> *Et quando exiret è iure patrio, qui id flaminium apisceretur, quæque in manum flaminis conueniret. Ita medendum senatus decreto, aut lege; sicut Augustus quadam ex horridâ illâ antiquitate, ad præsentem usum flexisset.* Igitur tractatis religionibus, placitum, instituto flaminum nihil demutari: sed lata lex, quâ <sup>48</sup> flaminica Dialis sacrorum causâ in potestate viri, cetera promiscuo seminarum iure ageret. & filius Maluginensis patri suffectus. Utque glisceret dignatio sacerdotum, atque ipsis promptior animus foret ad capeffendas carimonias, decretum Corneliæ virgini, quæ in locum Scantix capiebatur, \* LLS. xx. & quoties Augusta theatrum introisset, ut <sup>49</sup> sedes inter Vestalium consideret. Cornelio Cethego, Visellio Varrone Coss. Pontifices eorumque exemplo ceteri sacerdotes, cum pro incolumitate Principis <sup>50</sup> vota susciperent, Neronem quoque & Drusum iisdem dijs commendauere; non tam caritate iuuenum, quam adulatione: quæ moribus corruptis, perinde anceps si nulla, & vbi nimia est. Nam Tiberius haut vmquam domui Germanici mitis, tum verò æquari adolescentes senectæ suæ, impatienter indoluit: accitosque Pontifices percontatus est, num id precibus Agrippinæ, aut minis tribuissent. Et illi quidem quamquam abnuerent, modicè perstricti, (etenim pars magna è propinquis ipsius, aut primores ciuitatis erant:) ceterum in senatu, oratione monuit in posterum, ne quis mobiles adolescentium animos, præmaturis honoribus ad superbiam extolleret. Instabat quippe Seianus, inculcabatque *diductam ciuitatem, ut ciuili bello. esse qui se partium Agrippinæ vocent: ac ni resistatur, fore pluris. neque aliud gliscens discordiæ remedium, quam si unus alterve maximè prompti subuerterentur.* Quâ causâ C. Silius, & Titium Sabinum, adgreditur. amicitia Germanici perniciofa utriusque: Silio, & quod ingentis exercitus septem per annos moderator, partisque apud Germaniam triumpha-

Sub Cap. 16.  
Flaminis al-  
lectio.

De vxore  
eius, aliquid  
nouarum.  
Hortus Ve-  
stabilibus ad-  
ditus.  
\* quinquaginta millia  
Philipp.  
Cap. 17.  
A. V. C.  
DCCCLXXVII.  
Votis publicis inserti  
Nero &  
Drusus:  
Indignante  
principe.

Quem acuit  
Seianus.

Cap. 18.  
Amici Ger-  
manici per-  
tinentur.

46. NAM PATRICIOS CONFARREATIS PARENTIBVS. ] *Non alibi tam expressi ritus in legendo Diali. Aut, patricios. Quia cum quindecim Flamines essent, ex ijs tres primi instituti à Numâ, non nisi ex patribus legebantur: iij. Maiores dicti. alij etiam è plebe, appellatiq; Flamines minores. Addit, confarreatis parentibus. quia, ut Plinius ait, in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat. Triplex enim matrimonij contrahendi mos, Vsu, Farre, Coemptione. Antiquissimum genus, Farre videtur, quod Dionysius appellat γάμος καὶ τὰς ἱερωδὸς νόμος. eratq; necessum non solum Flaminem nasci confarreatis parentibus, sed & ipsum cum Flaminicâ farre iungi. Seruius Danielis in excerptis à Pythæo: Tribus modis apud veteres nuptiæ fiebant, Vsu, si, verbi gratiâ, mulier anno vno cum viro, licet sine legibus fuisset. Farre, cum per Pontificem Max. & Dialem Flaminem per fruges & molam salsam coniungebantur: vnde Confarreatio appellatur, ex quibus patrimi & matrimi nascebantur. Coemptione verò atque in manu conuentione, cum illa in filix locum, maritus in patris veniebat, ut si quis prior fuisset defunctus, locum hereditatis iustum alteri faceret. Iterum alibi: Quid enim est aliud dextræ, quam in manum conuenire? quæ conuentione eo ritu perficitur, ut aquâ & igni adhibitis duobus maximis elementis, natura coniuncta habeatur: quæ res ad farreatas nuptias perti-*

D net, quibus Flaminem & Flaminicam iure Pontificio in matrimonium necesse est conuenire. Et paullo post: Mos fuit Flamini ac Flaminicæ ut per Farreationem in nuptias conuenirent, sellas duas iugatas, ouili pelle superiniectâ poni, eius ouis quæ hostia fuisset: & ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione Flamen ac Flaminica residerent. Confarreationes autem tonitru dirimit. Pulchræ reliquie. Adde Festum in Diffarreatio, & Arnobium lib. IIII. Vxores enim dij habent, atque in coniugalia fœdera conditionibus veniunt antè quæsitis. Vsu, farreo, coemptione, genialis lectuli sacramenta conducunt.

47. ET QUANDO EXIRET. ] *Defectum locum censeo: & deesse quæ ad ceremoniarum difficultatem pertinent. Qui cautus ceremoniarumq; Flaminio adiunctæ, habes apud Agellium lib. x. cap. xv.*

48. FLAMINICA DIALIS. ] *Flaminia, appellari mulier ipsa videtur, ex lapide prisco, MARCELLA, FLAMINIA, AVGVSTÆ.*

49. SEDES INTER VESTALIVM. ] *Quibus locus è regione Prætoris. Suetonius Aug. cap. XLIII. Solis virginibus Vestalibus locum in teatro separatim, & contra Prætoris tribunal dedit.*

50. VOTA SVSCIPERENT. ] *De quibus dicam Annali XVI. Ceterum notat Dio hoc anno primi decennialia Tiberij Cæsaris celebrata: quorum originem pete ab eodem scriptore lib. LIII.*

phalibus Sacrouiriani belli victor, quanto maiore mole procideret, plus formidinis in alios dispergatur. Credebant plerique auctam offensionem ipsius intemperantiâ, immodicè iactantis, suum militem in obsequio durauisse, cum alij ad seditiones prolaberentur: neque mansurum Tiberio imperium, si ijs quoque legionibus cupido nouandi fuisset. Destruï per hæc fortunam suam Cæsar, imparemque tanto merito rebatur. Nam beneficia eò vsque læta sunt, dum videntur exsolui posse: vbi multum anteuenere, pro gratiâ odium redditur. Erat vxor Silio Socia Galla, caritate Agrippinæ inuisa Principi. Hos corripï, dilato ad tempus Sabino, placitum: immisusque Varro consul, qui paternas inimicitias obtendens, odijs Seiani per dedecus suum gratificabatur. Precante reo breuem moram, dum accusator consulatu abiret, aduersatus est Cæsar: *solum quippe magistratibus, diem priuatis dicere, nec infringendum consulis ius, cuius vigilijs niteretur, ne quod Resp. detrimentum caperet.* Proprium id Tiberio fuit, scelera nuper reperia prisca verbis obtegere. Igitur multâ adseueratione, quasi aut legibus cum Silio ageretur, aut Varro consul, aut illud Resp. esset, coguntur patres: silente reo, vel si defensionem cœptaret, non occultante cuius irâ premeretur. Conscientiâ belli Sacrouir diu disimulatus, victoria per auaritiâ fœdata, & vxor Socia arguebantur. nec dubiè repetundarum criminibus hærebant: sed cuncta quæstione maiestatis exercita; & Silius imminentem damnationem voluntario sine præuertit. Sæuitum tamen in bona, non vt stipendiarijs pecuniæ redderentur, quorum nemo repetebat: sed liberalitas Augusti auulsa, computatis singillatim quæ fisco petebantur. ea prima Tiberio erga pecuniam alienam diligentia fuit. Socia in exsilium pellitur Asinij Galli sententiâ, qui partem bonorum publicandam, pars vt liberis relinqueretur, censuerat. contra \* M. Lepidus quartam accusatoribus secundum necessitudinem legis, cetera liberis concessit. Hunc ego Lepidum, temporibus illis, grauem & sapientem virum fuisse comperio. Nam pleraque ab sæuis adulationibus aliorum, in melius flexit: neque tamen temperamenti egebat, cum æquabili auctoritate & gratiâ apud Tiberium viguerit. Vnde dubitare cogor, fato & sorte nascendi, vt cetera, ita principum inclinatio in hos, offensio in illos; an sit aliquid in nostris consilijs, liceatque inter abruptam contumaciam, & deforme obsequium, pergere iter ambitione ac periculis vacuum. At Messallinus Cotta, haut

Cap. 19.  
Silius primo.

Quem Consul Varro accusat.

Sed Silius sponte vitâ abiit.

Cap. 20.

Vxor eius pulsa.  
\* M. id est Manius.

Lepidi egregia laudatio.

51. PRO GRATIA ODIVM REDDITVR. ] Seneca epist. xix. Quidam quò plus debent, magis oderunt. Leue es alienum, debitorem facit: graue, inimicum.

52. NON VT STIPENDIARIIS. ] Id est Gallis prouincialibus, quos exhauserat.

53. LIBERALITAS AVGVSTI AVLSA. ] Alij aliter, in loco, vt solet, obscuro. & ferè intellegunt, auulsis separatim ijs, quæ Augustus dono ei dederat, reliqua petita in fisco. Ego putarem, illa vel maximè obnoxia fuisse, & vt ab ingrato repetenda. Sed meo iudicio, nihil hic de primo Augusto, de Tiberio ipso sermo est: & hic denique auaritiâ eius se reuelasse, antea occultam. Legerem pro hoc sensu, Augusti conuulsa. Suprà Tacitus dixit, Tiberium aduersus pecuniam satis firmum fuisse: & alibi sic ostendit.

54. SECVNDVM NECESSITVDINEM LEGIS. ] Legis, vt censo, Iulix de Maiestate. Nam quod alij de Papiâ suspicantur, refuto. Dicit à me Tacitus, qui cuncta in hac quæstione exercita scribit lege Maiestatis. Quarta autem premium, non in hac solum, sed etiam De repetundis lege. de quâ ipsâ nihil abnuo, quin hic accipiamus. Asconius in Verrem non vno loco ostendit, Quadruplatores dictos à premio quartæ, quam consequebantur. Innuit ipse Cicero lege & more id receptum: Non enim, inquit, spolia C. Verris, sed existimationem populi Rom. concupiui. For-

tasse & in criminibus alijs premium idem. Idèò vulgare premium id interpreter in Paulo, l. XIII. De iure fisci: Heredem, ait, eius ultra vulgare premium nihil consecuturum. De lege Maiestatis, auctor mihi adfirmandi Iosephus lib. XIX. vbi de seruis, quos Caius in dominos emittebat: ῥάδιον γὰρ, inquit, ἰδοὺ ἀμύροισ τε καὶ τῶν νεύων περὶς δὲ δὲ, καὶ τὰ χρήματα ἐνδείξασθαι ἑαυτῶν, ἀμα ἐλοβδέειος τε εἶναι καὶ πλεονεξίας, μὴ δὲ τῶν κατηγορευτῶν, ἀλλὰ τὰ ἀδελφῶν ἑαυτοῖς θεωρεῖσθαι τὰς ὀφείδας τῶν ἐστῶν: Facile enim ijs & mentientibus contra dominos credi, & opes aperientibus simul liberis diuitibusque fieri: propter premium accusationum, quo octaua bonorum pars ijs proposita. Si octaua seruo; bene colligo, libero quartam. Nec in seruili accusatione aliud capere persuadeor, quàm crimen Maiestatis. Illud moneo, Principum euo, non tam ex lege quàm arbitrio Senatus premia decreta. Libro VI. infra: Quâ damnatâ eum premium accusatori decerneretur, Iunius Otho trib. pl. intercessit. Sic libro XVI. Liberto & accusatori premium operæ (non pecunia vlla sed) locus in teatro inter Tribunicios viatores datur. Interdum certa pecunia attributa, vt Eprio Marcello quinquagies H-S, Thraseâ damnato: Regulo septuagies H-S. & sacerdotium, damnato Crasso. Tacitus Ann. lib. XVI. & Histor. IIII. Nec prætereundus hic Dionis locus, qui de premijs eorum qui Cæsaris percussores

**A** haut minus claris maioribus, sed animo diuersus, censuit <sup>55</sup> cauendum senatusconsulto, vt quamquam infantes magistratus, & culpæ alienæ nescij, prouincialibus vxorum criminibus, perinde quàm suis plecterentur. Actum dehinc de Calpurnio Pisone, nobili ac feroci viro. Is namque, <sup>56</sup> vt rettuli, cessurum se vrbe ob factiones accusatorum in senatu clamitauerat: & spretâ potentiâ Augustæ, trahere in ius Virgulaniam, domoque Principis excire ausus erat. Quæ in præsens Tiberius ciuilitate habuit. sed in animo reuolvente iras, etiam si impetus offensionis languerat, memoria valebat: <sup>57</sup> Pisonemque grauius secreti sermonis inculcauit aduersum maiestatem habitum. adiecitque in domo eius <sup>58</sup> venenum esse, eumque gladio accinctum introire curiam. Quod vt atrocius vero transmissum. ceterorum quæ multa cumulabantur, receptus est reus, neque peractus ob mortem opportunam. Relatum & de <sup>59</sup> Cassio Seuero exsule, qui sordidæ originis, maleficæ vitæ, sed orandi validus, <sup>60</sup> per immodicas inimicitias, <sup>61</sup> vt iudicio iurati senatus Cretam amoueretur, effecerat: atque illuc eadem actitudo, recentia veteraque odia aduertit: bonisque exutus interdicto igni atque aquâ, <sup>62</sup> saxo Seriphio <sup>63</sup> conuenit. Per idem tempus <sup>64</sup> Plautius Siluanus prætor, incertis causis Aproniam coniugem

Cap. 21.

Piso accusatur.

Ante damnationem moritur.

Cassio Seuero pena exangitur.

Cap. 22. Apronia à marito precipitata.

**B** *cussores accusabant, χρηματα, inquit, οὐ τὸ τὸ εὐλόγος εἶδος, οὐδὲ τὸ πικρὸν ἢ τὸ ἀρχαῖον ἢ ἐκείνη, εἰ πᾶσι ἀεὶ ἔχοντων, τὸ, τε μικρὸν καὶ τὸν, τὰς τε ἡεῖς, τὰς τε ἐγὼνας αὐτὴς εἰστέλλει, ἐλάμβανον. id est: Præmium accusationis pecuniam accipiebant è bonis damnati, & honorem aut magistratum quemcumque is gerebat: item vacationem à militiâ, sibi, liberis, nepotibus. Vt videantur legis eius Pedie exemplo instituta premia accusatorum.*

necam patrem lib. III. Controvers. initio.

60. PER IMMODICAS INIMICITIAS ] suspectum.

61. VT IUDICIO IURATI SENATUS. ] *Quod sub Augusto ei accidit, scriptis etiam librisq; abolutis. Sueton. Calig. capite XVI. nosse supra. lib. I. Ait, iudicio iurati Senatus. quod erat, cum Senatus deum testem aduocabat, se censurum, quod è fide sua reque publicâ videretur. Linius libro XLII. Vt iuratus Senatus decerneret, qui eam rem quæreret decerneretque. Libro XXX. Patres igitur iurati (ita conuenerat) ita censuerunt, vt Consules prouincias inter se compararent. Appianus libro II. Ciuil. Τὸ τὸ μὲν δὲ ἐξ ἡδύων τὸ λεχθὲν οἱ ἐτεροί, ἡτοιμασμένοι ψήσων ἀναδοθῆναι πρὸς τὸ Καίσαρι; ἔτι ὄρω. Tacitus hoc ipso libro: P. Suillium amouendum in insulam censuit tantâ contentione animi, vt & iureiurando obstringeret è Rep. id esse. Morem eum postea obtinuisse in omni Senatu, idq; lege quâdâm Truiani, colligas ex Plinij verbis, libro V. Epistol. Quinetiam Dextrum, qui primus diuersum censuerat, perlatâ lege de Senatu habendo, iurare coëgit è republicâ esse quod censuisset. Greci id vocabant ἰσταν συμβεβηλω: & formula eius eleganter expressa apud Xenophontem πρὸς ἀναβάσεως Κύρου, lib. V. in oratione Hecatonymi. Εἰ μὲν συμβεβηλωμένοι ἀβελτίαι μοι δοκεῖ εἶναι, πᾶσι δὲ καὶ ἀγαθὰ ἔσονται. εἰ δὲ οὐκ ἀβελτίαι. αὐτὴν δὲ ἰσταν συμβεβηλω λεγομένην εἶναι, δοκεῖ μοι παρασχεῖν. Sed is mos quando primùm cæpit? haud temerè dixerim. Puto tamen Coriolani euo. in cuius causâ Tribuni plebis volunt & impetrant, vt Senatus iuratus sententiam dicat, vti solet in confessu iudicium. Dionysius ait, lib. VII.*

**C** 55. CAUENDVM SENATVSCONSVLTO. ] *Et cautum non dubie hoc anno. Si enim ante, quorsum hæc sententia? Tamen Vlpianus De Officio Proconsulis; decretum id refert ad Cottam & Messallam Coss. id est, ad quartum ante annum. Ait: Proficisci quidem Proconsulem melius est sine vxore; sed & cum vxore potest, dummodò sciat Senatum Cottâ & Messallâ Coss. censuisse futurum, vt si quid vxores eorum qui ad officia proficiscuntur deliquerint, ab ipsis ratio & vindicta exigatur. Vir\* doctissimus conatur legere, Senatum Cottâ Messallino consulente censuisse. acutè: sed me iudice, non exsoluet vllum acumen Domitium hac culpâ.*

62. SAXO SERIPHIO. ] *Verè, saxo. Vide Strabonem lib. X.*

63. CONSENVIT. ] *Benè, consenuit. Nam annis XXV. in exsilio hesit. Eusebius Chronicis: Cassius Seuerus orator egregius XXV. exsiliij sui anno, summâ inopiâ, moritur: vix panno verenda contactus.*

\* Cuiac. Obseruat. lib. VI. cap. XXX.

**D** 56. VT RETTVLI. ] *Libro I.*

57. PISONEM QVE GRAVIVS. ] *Mendum arguunt multa. Primum, quod accusator ne no expressus, vt solet. quod Tiberius ipse inculcasse eum dicitur, insolens Imperatori. quod pars accusationis sprete dicitur, vt atrocior vero: quod non euersisset Principem accusante. Nequis dicat non legitimam accusationem fuisse, tantum Principis mandatum: ecce addit, Ceterorum receptus est reus, neque peractus ob mortem opportunam. At reus recipi sine accusatore non potuit. Lego igitur, Pisonem Q. Granius. Granij Rome non ignoti iam inde à Lucillij euo. apud quem Granus præco: & infra libro VI. Granus Martianus, supra lib. I. Granus Marcellus.*

64. PLAVTIVS SILVANVS. ] *Similis at non eadem res narrata Quintiliano lib. VII. cap. III. Id autem genus, de quo nouissimè dixi, non solum in scholis sæpè tractatur, sed etiam in foro. Nam id e st in causa Næuij Apruniani (lego Nonij Apruniani)*

58. VENENVM ESSE. ] *Quo fine? an vt Cesari præberet, an potius ipse in necessitate vteretur? atque ita liberior scilicet, prouiso exitu, ferociorq; agitaret. Et apparet ita mox factum, ac mortem sumpsisse.*

59. CASSIO SEVERO. ] *Qui primus flexissè dicitur ab illâ reatâ & vetere dicenti vii. quem & historiam scripsisse comperior ex Tertulliani Apolog. & Suetonij Vitellio, cap. II. Eius laudes vide apud Se-*

gem in præceptis iecit; tractusque ad Cæsarem ab L. Apronio socero, turbatâ mente re-  
 spondit, tamquam ipse somno grauis atque eò ignarus, & vxor sponte mortem sumfisset. **A**  
 Non contanter Tiberius pergit in domum, visit cubiculum; in quo reluctantis & im-  
 pulsæ vestigia cernebantur. Refert ad senatum, datisque iudicibus<sup>65</sup> Vrgulania Siluani  
 auia pugionem nepoti misit. quod perinde creditum, quasi Principis monitu, ob ami-  
 citiam Augustæ cum Vrgulaniâ. Reus frustra tentato ferro, venas præbuit exsoluendas.  
 Mox Numantina, prior vxor eius, accusata iniecisse carminibus & veneficijs vecordiam  
 marito, insons iudicatur. Is demum annus populum Romanum longo aduersum Nu-  
 midam Tacfarinatem bello absoluit. Nam priores duces<sup>66</sup> sibi impetrando trium-  
 phalium insigni sufficere res suas crediderant, hostem omittebant. Iamque<sup>67</sup> tres lau-  
 reatæ in vrbe statuæ; & adhuc<sup>68</sup> raptabat Africam Tacfarinas, auctus Maurorum au-  
 xilijs, qui<sup>69</sup> Ptolemæo Iubæ filio iuuentâ incurioso, libertos regios, & seruilia imperia  
 bello mutauerant. Erat illi prædarum receptor, ac socius populandi, rex Garamantum;  
 non vt cum exercitu incederet, sed missis leuibus copijs, quæ ex longinquo in maius **B**  
 audiebantur: ipsaque è provinciâ, vt quis fortunæ inops, moribusturbidus, promtiùs  
 ruebant, quia Cæsar post res à Blæso gestas, quasi nullis iam in Africâ hostibus, reporta-  
 ri Nonam legionem iusserat. nec<sup>70</sup> proconsul eius anni P. Dolabella retinere ausus erat,  
 iussa principis magis, quàm incerta belli metuens. Igitur Tacfarinas, disperso ru-  
 more, rem Romanam alijs quoque ab nationibus lacerari, eoque paulatim Africâ de-  
 cedere, ac posse reliquos circumueniri, si cuncti, quibus libertas seruitio potior, incu-  
 buissent: auget vires, positisque castris<sup>71</sup> Thubuscum opidum circumfidet. At Dola-  
 bella contracto quod erat militum, terrore nominis Romani, & quia Numidæ pedi-  
 tum aciem ferre nequeunt, primo sui incessu soluit obsidium, locorumque opportuna  
 permuniuit: simul principes Musulamorum defectionem cœptantes securi percutit.  
 Dein quia pluribus aduersum Tacfarinatem expeditionibus cognitum, non graui nec  
 vno incurfu confectandum hostem vagum: excito cum popularibus rege Ptolemæo,  
 quattuor agmina parat, quæ legatis ac tribunis data: & prædatorias manus, dilecti **C**  
 Maurorum duxere. Ipse consultor aderat omnibus. Nec multò post adfertur, Numi-  
 das apud castellum semirutum, ab ipsis quondam incensum, cui nomen Auzea, posi-  
 tis mapalibus confedisse: fisos loco, quia vastis circum saltibus claudebatur. Tum ex-  
 pedite

*Isq; ad mor-  
tem. Aus.*

Cap. 23.

*Bellum vlti-  
mum cum  
Tacfari-  
nate.*

Cap. 24.

*Dolabella  
comprimis.*

*Denique di-  
uisis copijs  
opprimis:*

Cap. 25.

niani) solùm quæsitum. Præcipitatane esset ab eo  
 vxor, an se ipsa suâ sponte iecisset. Quam actio-  
 nem equidem solam in hoc tempus emiseram:  
 quod ipsum fecisse seductum iuuenili cupiditate  
 gloriæ fateor. *De hoc ipso autem Plautio lapis:*

TI. PLAVTIO. M. F. M. N.  
 SILVANO. ALIANO  
 PONTIF. SODALI. AVGVSTALI  
 III. VIR. A. A. A. F. F. Q. TI. CÆSARIS  
 LEG. LEG. V. IN. GERMANIA.

*Id est, Triumuiro auro argento æri flando feriun-  
 do, Quæstori Tiberij Cæs. Legato Legionis  
 quintæ.*

65. Vrgulania. ] *Vrgulanij in gente Plautiâ  
 sunt. Lapis: A. PLAVTIVS. M. F. Vrgulanivs.  
 & Suetonij Claudio. Plautia Vrgulanilla, non Hercu-  
 lanilla eius vxor: quod rectè monuit ex veteri libro  
 Torrentius.*

66. Sibi impetrando. ] *Corrigo, vbi impe-  
 trando.*

67. Tres laureatæ. ] *Furij Camilli, L. Apro-  
 nij, Iunij Blæsi. De statuis triumphalibus Plinius. &  
 Tacitus in Agricolâ: Igitur triumphalia ornamen-  
 ta, & illustris statuæ honorem, & quidquid pro  
 triumpho datur, multo verborum honore cumu-  
 lata decerni iubet.*

68. RAPTABAT AFRICAM. ] *Non, reptabat, vt  
 vulgò. Alibi: Igitur raptare inter se, immittere  
 latronum globos.*

69. PTOLEMÆO IUBÆ FILIO. ] *Quem Caius  
 postea interfecit. Sueton. cap. xxvi. Ptolemæum re-  
 gis Iubæ filium consobrinum suum (erat enim &  
 is M. Antonij ex Selenâ filiâ nepos) interfecit. Se-  
 neca De Tranquillitate: Ptolemæum regem Afri-  
 cæ, Mithridatem Armeniæ, inter Caianas custo-  
 dias vidimus. Alter in exilium missus est: alter, vt  
 meliore fide mitteretur optabat. Ex verbis Senecæ **D**  
*apparet dimissum Ptolemæum, sed per viam iussu Caij  
 interfectum.**

70. PROCONSUL EIVS ANNI P. DOLABELLA. ]  
*Cuius memoriam in Illyrico seru at lapis:*

P. CORNELIO  
 DOLABELLÆ. COS.  
 VII. VIRO. EPVLONI  
 SODALI. TITIENSI  
 LEG. PRO. PR. DIVI. AVGVSTI  
 ET. TI. CÆSARIS. AVGVSTI  
 CIVITATES. SVPERIORIS  
 PROVINCIÆ. HILLYRICI

71. THVBVSCVM OPIDVM. ] *Mau-  
 ritania Cæsariensis. aliàs, Thubusuptus, & Succubæ  
 dictum.*

72. DI-

**A** peditæ cohortes alæque, quam in partem ducerentur ignaræ, cito agmine rapiuntur. Simulque coeptus dies, & concentu tubarum, ac truci clamore aderant semisomnos in barbaros: præpeditis Numidarum equis, aut diuersos pastus pererrantibus. Ab Romanis confertus pedes, dispositæ turmæ, cuncta prælio prouisa: hostibus contra omnium nescijs, non arma, non ordo, non consilium, sed pecorum modo, trahi, occidi, capi. Infensus miles memoriâ laborum, & aduersum eludentes optatæ toties pugnae, se quisque vltione & sanguine explebant. Differtur per manipulos, Tacfarinatem omnes, notum tot prælijs, consecratur: non nisi duce interfecto, requiem belli fore. At ille, <sup>Ipso Tacfarinate caso.</sup> dilectis circum stipatoribus, vinctoque iam filio, & effusis vndique Romanis, ruendo in tela, captiuitatem haut inultâ morte effugit. Isque finis armis impositus. Dola- <sup>Cap. 26. Triumphalia tamen non impetrat.</sup> bellæ petenti abnuit triumphalia Tiberius, Sciano tribuens, ne Blæsi auunculi eius laus obsolesceret. Sed neque Blæsus ideò inlustrior, & huic negatus honor gloriam intendit. quippe minore exercitu, insignis captiuos, cædem ducis, belli que confecti famam deportarat. Sequebantur & Garamantum legati, rarò in vrbe visi, quos Tacfarinate caso, <sup>73</sup> perculsa gens & culpæ nescia, ad satisfaciendum populo Rom. miserat. Cognitis dehinc Ptolemæi per id bellum studijs, repetitus ex vetusto mos, missusque è senatori- <sup>74</sup> bus, qui scipionem eburnum, togam pictam, antiqua patrum munera daret, regem- <sup>75</sup> que & socium atque amicum appellaret. Eadem ætate, mota per Italiam seruilis bel- <sup>76</sup> li semina fors oppressit. Auctor tumultus T. Curtius, quondam prætoris cohortis miles. primò cœtibus clandestinis, apud Brundisium, & circumiecta opida; mox po- sitis propalâ libellis, ad libertatem vocabat agrestia per longinquos saltus & ferocia seruitia: cum velut munere deum, tres biremes adpulere ad vsus commeantium illo mari. Et erat iisdem regionibus Curtius Lupus quæstor, cui prouincia vetere ex more <sup>75</sup> Cales euenerat. Is dispositâ Classiariorum copiâ, coeptantem cum maximè coniura- tionem disiecit. Missusque à Cæsare properè Staius tribunus cum validâ manu, ducem ipsum & proximos audaciæ in urbem traxit; iam trepidam, ob multitudinem familia- rum, quæ gliscebat immensum, minore in dies plebe ingenuâ. Iisdem consulibus mi- <sup>76</sup> seriarum ac sæuitiæ exemplum atrox, reus pater, accusator filius, nomen viri, Q. Vi- <sup>76</sup> bius

Ipso Tacfarinate caso.

Cap. 26. Triumphalia tamen non impetrat.

Ptolemæo regi dona, ritus prisco.

Cap. 27. Bellum seruile nascitur.

Sed in herbis opprimitur.

Cap. 28. Q. Serenus à filio accusatus.

72. DILECTIS CIRCVM. ] Mercerus disiectis. Ego etiam statim, offusis vndique, malim.

73. ET CVLPÆ NESCIÀ. ] Imò, culpæ conscia. atque ita scribo. Nam supra ait, prædarum receptorem & socium prædandi fuisse Garamantum regem, missis leuibuscopijs. Non ergo extra culpam.

74. ANTIQVA PATRV M VNERA. ] Et valde quidem antiqua. Siquidem Porsena regi ea missa lego apud Dionysium lib. v. Η δὲ τῆς Ρωμαίων βουλή μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς Τυρρηναίων σιωελθάσα, ἐψηφίσατο Πορσένῳ μὲν ἀέμψα θρόνον ἐλεφάντινον καὶ σκῆπτρον, καὶ σέφανον χρύσειον, καὶ θραυβικὴν ἐδῆτα ὑπὲρ ἧς οἱ βασιλεῖς ἐνοσμεύοντο. Nec prius vestigium, opinor, eius ritus.

75. CALES EVENERAT. ] Vtrum Calles hic legimus, an Cales? Si Calles: interpretor ex Suetonij loco, in Iulio cap. XIX. Opera ab optimatibus data est, vt prouinciæ futuris Consulibus minimi negotij, id est, siluæ callesque decernerentur. Vt antiquitus quidem calles, (eo nomine intelligimus curam publicorum saltuum calliumque, in quibus pecora pascebantur, are aliquo constituto,) prouincia Quæstorum fuerit: interdum & Consulium, si bella nufquam aut hostis. Sed nec Cales mihi displiceat: vt in eo opido Quæstoris fuerit sedes. Sic enim in Lio lego, Pisas Consulibus decretas, & Tarentum Prætoribus: & lib. XXV. Nero prætor Sueflulam fortitur.

quibus opidorum nominibus, loca scio intellegi vicina. Veteri autem rep. ante Sullam, cum octo Quæstores essent, ex quibus duo Militares, duo Urbani: satis constat quattuor reliquos prouincias in Italiâ aut certè Sicilia habuisse: externis prouincijs imperio nondum adiunctis. Eas puto sic constituendos, (quid enim nisi arbitrium interponam in re casâ & obscurâ?) \* Aquariam sive Frumentariam, Ostie: cuius mentio Ciceroni pro Cn. Plancio, pro Murenâ: & interrogatione in Vatinius testem. cui Quæstori ora tota maris inferi, subiectio frumenti, res nautica, aliâque talia curæ secundam Gallicam, Arimini. Meminit Suetonius in Claudio, capite XXIII. Detractâ Quæstoribus Ostiensis & Gallicâ prouinciâ, curam ararij Saturni reddidit. Video ibi \* virum doctum velle, callium prouinciâ: eruditè fateor & acutè. & tamen sustinet assensionem meam Plutarchi locus Sertorio: quem Quæstorem designatum ait Gallie circumpadane. Tamius, inquit, ἀπὸδ εἰρηνοῦ τῆς περὶ Πάδον Γαλατίας. Tertiam Calibus, ad Vulturnum flumen. qui Quæstor tractui Campano Sidicinoque, præfuit Brundisium vsque. Eam non alio tibicine fulcire possum, quàm hoc loco. Quartam adhuc quero. nisi si fuerit in Sicilia Lilybei. argumento, quod ea primæ prouinciæ facta: & quod etiam inferiori æuo cum missus illuc Prætor, semper in Sicilia duo Quæstores Syracusanus & Lilybetanus.

76. NOMEN VIRI, Q. VIBIUS. ] Puto legendum

\* Vide Antiquas meas, lib. I. cap. XII.

\* Torrentium in eum locum.

bius Serenus, in senatum inducti sunt, ab exilio retractus, illuueque ac squalore obfusus, & tum catenâ vinctus <sup>77</sup> perorante filio. Præparatur adolescens multis munditijs, alacri vultu. *structas principi insidias, missosque in Galliam concitores belli*, index idem & testis dicebat; adnectebatque, *Cacilium Cornutum pratorium ministravisse pecuniam*. qui tædio curatum, & quia periculum pro exitio habebatur, mortem in se festinavit. At contra reus nihil infracto animo, obuersus in filium, quater vincula, *vocare ultores deos, ut sibi quidem redderent exsilium, ubi procul tali more ageret, filium autem quandoque supplicia sequerentur. adseuerabatque innocentem Cornutum, & falsa exterritum: idque facile intellectu, si proderentur alij. non enim se cadem principis & res novas, uno socio cogitasse.* Tum accusator Gn. Lentulum, & Seium Tuberonem, nominat: magno pudore Cæsaris, cum primores ciuitatis, intimi ipsius amici, Lentulus senectutis extremæ, Tubero defecto corpore, tumultus hostilis, & turbandæ Reip. arcesserentur. Sed hi quidem statim exempti. in patrem, ex seruis quæsitum: & quæstio aduersa accusatori fuit. qui scelere vecors, simul vulgi rumore territus, <sup>78</sup> robur & saxum, aut parricidarum pœnas minitantum, cessit vrbe: ac retractus Rauennâ, exsequi accusationem adigitur; non occultante Tiberio vetus odium, aduersus exulem Serenum. Nam <sup>79</sup> post damnatum Libonem, missis ad Cæsarem litteris exprobrauerat, suum tantum studium sine fructu fuisse: addideratque quædam contumaciùs, quàm tutum apud aures superbas & offensionem proniores. Ea. Cæsar octo post annos rettulit, medium tempus variè arguens; etiam si tormenta, perniciâ feruorum, contra euenissent. Dictis dein sententijs vt Serenus more maiorum puniretur, quò molliret inuidiam, <sup>80</sup> intercessit. Gallus Asinius, Gyaro aut Donusâ claudendum censere: id quoque aspernatus est, egenam aquæ vtramque insulam referens, dandosque vitæ vsus, cui vita concederetur. Ita Serenus Amorgum reportatur. Et quia Cornutus suâ manu ceciderat, actum de præmijs accusatorum abolendis, si quis maiestatis postulatus ante perfectum iudicium se ipse vitâ priuauisset: ibaturque in eam sententiam, ni duriùs contraque morem suum palàm pro accusatoribus Cæsar, *Inritas leges, Remp. in præcipiti conquestus esset. subuerterent potius iura, quàm custodes eorum amouerent.* Sic delatores, genus hominum publico exitio re-  
 pertum, & pœnis quidem numquam fati coërcitum, per præmia eliciebantur. His tam assiduis, tamque mæstis, modica lætitia interijcitur, quòd C. Cominium equitem Roma-

Odiū Tiberij in eum, & causā.

Damnatū, & deportatur.

Premia accusatorum à Cæsare firmantur.

*dum totum locum*, reus pater, accusator filius (nomen vtrique Vibius Serenus (in Senatum inducti sunt. quod postea firmatum à veteri lectione didici, que est, virique. Nec malè etiam coiuerit huius aliàs oratio, traiectis verbis: reus pater, accusator filius in Senatum inducti sunt. Nomen viri Q. Vibius Serenus, ab exilio retractus.

77. PERORANTE FILIO. PRÆPARATUR ADOLESCENS MULTIS MUNDITIIS.] *Audio virum magnum & meritis in litteras clarum Err. Memmium legere: Perorante filio Pater. Paratur adolescens. Et rei & hominis causâ quis non comprobet?*

78. ROBVR ET SAXVM.] Robur, ait Festus, in carcere is locus, quò præcipitur maleficorum genus, quod antè arcis robusteis includebatur. *Liuius xxxviii.* Vt in carcere instar furis & latronis vir clarissimus includatur, & in robore ac tenebris expiret, deinde ante carcerem nudus proijciatur. *Plautus Penulo.*

Vos ego iam detrudam ad molas: inde porrò ad puteum atque robustum codicem. *Et allusit per iocum idem Capteineis:*

At ego faciam vt pudeat, nam in ruborem te totum dabo. *ubi malim scribi, in robur. Nec tamen omiserim, hic*

*in Tacito, Robur videri potius supplicij locum, quàm custodia. Valerius ita accepit, lib. vi. cap. iiii.* Quinetiam familiares Gracchorum, nequis reip. inimicis amicus esse vellet, de robore præcipitati sunt. *& Lucanus lib. ii.*

Sæua Tribunicio maduerunt robora tabo. *Itemque Calpurnius, scitus sanè decimator, Declamat. v.* Video carcerem publicum saxi ingentibus structum, angustis foraminibus tenuem lucis vmbra recipientem. In hunc coniecti, robur Tullianum prospiciunt: & quoties iacentes ferrati postis stridor excitat, exanimantur & alienum supplicium aspectando (ita inibi lego) suum discunt. *Ex quo clarè discas robur hoc in Tulliano fuisse, id est carceris inferiore loco. Liuius xxxiv.* Pleminius in inferiorem demissus carcerem est, necatusque.

79. POST DAMNATVM LIBONEM.] *At in damnatione Libonis nulla mentio huius Sereni, nullæ partes.*

80. INTERCESSIT GALLVS ASINIVS.] *Vulgò vitiosa distinctio. Scribe totum locum, intercessit. Gallus Asinius G. a. D. claudendum censere. id est, censebat. Intercedendi Aspernandi, verba ad Cæsarem ipsum referenda sunt, qui iure Tribunicie potestatis intercessit decreto, inuidie minnende.*

81. SVIL-

**A** Romanum, probrosi in se carminis conuictum, Cæsar precibus fratris, qui senator erat, concessit. Quò magis mirum habebatur, gnarum meliorum, & quæ fama clementiam sequeretur, tristiora malle. neque enim secordiâ peccabat; nec occultum est, quando ex veritate, quando abumbratâ lætitiâ, facta Imperatorum celebrentur. quin ipse compositus aliàs, & velut eluctantium verborum, solutiùs promptiusque eloquebatur, quoties subueniret. At P.<sup>81</sup> Suilium, quæstorem quondam Germanici, cum Italiâ arceretur, conuictus pecuniam ob rem iudicandam cepisse, amouendum in insulam censuit; tantâ contentione animi, vt & iurando obstringeret è Rep. id esse. Quod asperè acceptum ad præsens mox in laudem vertit, regresso Suilio: quem vidit sequens ætas præpotentem, venalem, & Claudij Principis amicitia diu prosperè, numquam benè vsum. Eadem pœna in Catum Firmium senatorem statuitur, tamquam falsis maiestatis criminibus forem petuisset. Catus, vt rettuli, Libonem inlexerat insidijs, deinde **B** iudicio perculerat. eius operæ memor Tiberius, sed alia præterdens, exsilium deprecatus est: quò minùs senatu pelleretur, non obstetit. Pleraque eorum quæ rettuli, quæque referam, parua forsitan & leuia memoratu videri non nescius sum: sed nemo Annales nostros cum scripturâ eorum contenderit, qui veteres populi Romani res composuere. Ingentia illi bella, expugnationes vrbiùm, fusos captosque reges; aut, si quando ad interna præuenterent, discordias consulum aduersùm tribunos, agrarias frumentariasque leges, plebis & optimatum certamina, libero egressu memorabant. Nobis in arto, & inglorius labor. immota quippe aut modicè lacescita pax, mæstæ vrbis res, & Princeps proferendi imperij incuriosus erat. Non tamen sine vfu fuerit, introspicere illa primo aspectu leuia; ex quibz magnarum sæpe rerum<sup>82</sup> motus oriuntur. Nam cunctas nationes & vrbes populus, aut primores, aut singuli regunt. dilecta ex his & constituta Reip. forma, laudari facilius, quàm euenire; vel si euenit, haut diuturna esse potest. Igitur vt olim plebe validâ, vel cum patres pollerent, noscenda vulgi natura, & quibus modis temperanter haberetur; senatusque & optimatum ingenia qui maximè perdidicerant, callidi temporum & sapientes credebantur: sic conuerso statu,<sup>83</sup> neque alia rerum quàm si vnus imperitet, hæc conquiri tradique in rem fuerit. quia pauci prudentiâ, honesta ab deterioribus, vtilia ab noxijs discernunt: plures, aliorum euentis docentur.<sup>84</sup> Ceterùm vt profutura; ita minimum oblectationis adferunt. nam situs gentium, varietates præcliorum, clari ducum exitus, retinent ac redintegrant legentium animum: nos sæua iusta, continuas accusationes, fallaces amicitias, perniciem innocentium,<sup>85</sup> & eadem exitu causas coniungimus; obuiâ rerum similitudine, & fatietate. Tum quòd antiquis scriptoribus rarus obrectator, neque refert cuiusquam, Punicas Romanasve acies lætius extuleris: at multorum, qui Tiberio regente pœnam vel infamiam subière, posterimãnent. vtque familiæ ipsæ iam extinctæ sint; reperies qui ob similitudinem morum, aliena malefacta sibi obiectari putent. etiam gloria ac virtus infensos habet,<sup>86</sup> vt animus ex propinquo diuersa arguens. Sed ad incepta redeo. Cornelio Cossò, Asinio Agrippâ **C**oss. Cremutius Cordus postulat, nouo ac tunc primùm audito crimine, quòd editis annalibus, laudatoque M. Bruto,<sup>87</sup> C. Cassium Romanorum vltimum dixisset. Accusa-

C. Ceminio ignotum, ob fratrem.

P. Suilius deportatur.

Cap. 32. De descriptione ista iudicium.

Et quis eius vfu  
Cap. 33.

Cap. 34. A. V. C. DCLXXIIX. Cremutius postulat. nouo & futuri crimine.

81. SVILIVM, QVÆSTOREM. ] *Gloriatur ipse in oratione contra Senecam: Se Quæstorem Germanici; illum domus eius adulterum fuisse.*

82. MOTVS ORIIVTVR. ] *Lego, motus oriuntur. Non enim vllos motus ex accusatione alijsq; talibus oriri vult: sed rerum salubrium exempla monitionesq;. Qui reuerâ pulcherrimus historie fructus.*

83. NEQVE ALIA RERV. ] *Emendavi, neque aliâ re Rom. Rem Romanam hoc sensu non semel dixit.*

84. CETERVM VT PROFVTVRA. ] *Dixit idem Thucydides Καὶ ἐς μὲν ἀνεγασθῆναι τὸ μὴ μὲν εὐδαιμονίας ἀτερπῆς ἐσθῆναι φανεῖν.]*

85. ET EASDEM EXITV CAVSSAS. ] *Id est, pares exitus à paribus causis. Passim damnati, ob suspiciones, delationes: innocentes, aut illustres. Vidi qui legeret, easdem exitij.*

86. VT ANIMVS EX PROPINQVO. ] *Lego, vt nimis ex prop. Si laudes nuperam virtutem, offendis: at de antiquis, ferre possumus, vt auo disitis, & oggerere, Aliud sæculum fuisse. At si propinqua laudes, arguis & vris qui dissimiles. Si voles etiam, vt animos ex propinquo, non refutem.*

87. C. CASSIVM ROMANORVM VLTIVM. ] *Hoc quidem Bruti ipsius elogium fuit de Cassio iam mortuo: publiceque dixit: Ἐχάτων ἀνδρῶν Ρωμαίων ἡ Κασ-*

qualore obfi.  
is munditijs,  
x idem & te.  
niam. quize.  
auit. At con.  
oltores deos, v  
doque supplicia  
facile intelle.  
asse. Tum  
æfaris, cum  
libero defecto  
uidem statim  
it. qui scelere  
pœnas mini-  
r; non occul-  
natum Libo-  
e fructu fuis-  
as & offen-  
ariè arguens,  
sententijs vt  
Gallus Asi-  
genam aqua  
Ita Serenus  
remijs accusa-  
ipse vitâ pri-  
m palâm pro-  
erterent potius  
ico exitio re-  
ntur. His  
um equitem  
Roma-  
licij locum, quin  
cap. 111. Quin-  
quis reip. inimi-  
cipitati sunt.  
bora tabo.  
amator, Deda-  
a faxis ingenti-  
s tenuem lucis  
onieci, robur  
iacentes ferra-  
tur & alienum  
ego) suum di-  
n Tulliano fuis-  
us xxxi v. Ple-  
cetem est, ne-  
EM. ] At in  
us Sereni, nulla  
INIVS. ] Vule  
n, intercessit.  
um censere. id  
h, verba ad Ca-  
Tribunicia po-  
nuenda.  
81. SVIL-



cusabant <sup>88</sup> Satrius Secundus, & Pinarius Natta, Sciani clientes. id perniciabile reo, & A  
 Cæsar truci vultu defensionem accipiens: quam Cremutius, relinquendæ vitæ certus,  
 in hunc modum exorsus est *Verba mea, P.C. arguuntur: adeo factorum innocens sum. Sed ne-*  
 que hæc in principem, aut principis parentem, quos lex maiestatis amplectitur: Brutum & Cassium  
 laudauisse dicor: quorum res gestas cum plurimi composuerint, nemo sine honore memorauit. Titus  
 Luuius, eloquentiæ ac fidei præclarus in primis, Gn. Pompeium tantis laudibus tulit, ut Pompeia-  
 num eum Augustus appellaret: neque id amicitie eorum offecit. Scipionem, Afranium, hunc ipsum  
 Cassium, hunc Brutum, nusquam <sup>89</sup> latrones & parricidas, quæ nunc vocabula imponuntur, sæpe  
 ut insignis viros nominat. <sup>90</sup> Asinij Pollionis scripta, egregiam eorumdem memoriam tradunt.  
 Messalla Coruinus, imperatorem suum Cassium prædicabat: & uterque opibusque atque honori-  
 bus peruigere. Marci Ciceronis libro, quo Catonem celo æquauit, quid aliud dictator Cæsar quàm  
 rescriptâ oratione, velut apud iudices respondit? Antonij epistola, Bruti conciones, falsa quidem  
 in Augustum probra, sed multâ cum acerbitate habent. carmina Bibaculi & Catulli, referta con-  
 tumelijs Cæsarum leguntur. Sed ipse diuus Iulius, ipse diuus Augustus, & tulere ista, & reli-  
 quere; haut facillè dixerim, moderatione magis, an sapientiâ. namque spreta exolescunt: si irasca-  
 re, adgnita videntur. Non attingo Græcos, quorum non modò libertas, etiam libido impunita:  
 aut si quis aduertit, dictis dicta vltus est. Sed maximè solutum, & sine obtrectatore fuit, pro-  
 dere de ijs quos mors odio aut gratiæ exemisset. Num cum armatis Cassio & Bruto, ac Philip-  
 penses campos obtinentibus, belli civilis causâ populum per conciones incendio? An illi quidem  
<sup>91</sup> septuagesimum ante annum peremti, quo modo imaginibus suis noscuntur, quas nec victor  
 quidem aboleuit, sic partem memoriæ apud scriptores retinent? Suum cuique decus posteritas re-  
 pendit. nec deerunt, si damnatio ingruit, qui non modò Cassij & Bruti, sed etiam mei memine-  
 rint. Egressus dein fenatu, <sup>92</sup> vitam abstinentiâ finiuit. <sup>93</sup> libros per ædiles cremandos  
 cen-

Lilera &  
 pulchra eius  
 defensio.

Cap. 35.

Vita fortiter  
 abiit.

Κεόσιον. Plutarchus in Bruto. Inde ergo magnifi-  
 cam eam vocem Cremutius sumpsit. Neque aliter Ro-  
 manus quispiam Philopœmenem laudans, Vlti-  
 mum Græcorum dixit: quod in eodem Plutarcho  
 leges. At in similem sententiam de Bruto, & ad Bru-  
 tum, Lucanus canit:

O decus imperij, spes ô suprema Senatus,  
 Extremum tanti generis per sæcula nomen.

88. SATRIUS SECVNDVS, ET PI-  
 NARIUS NATTA.] Alterius mentio Se-  
 necæ, in Consolatione ad Martiam huius Cremutij  
 filiam: Proponere, inquit, illud acerbissimum tibi  
 tempus quo Seianus patrem tuum clienti suo  
 Satrio Secundo congiarium dedit. Irasebatur  
 illi ob vnum aut alterum liberius dictum: quod  
 tacitus ferre non potuerat, Seianum in ceruices  
 nostras non imponi quidem, sed descendere. scri-  
 bo, escendere. id est, pedetentim & per gradus Im-  
 peratorem fieri.

89. LATRONES ET PARRICIDAS.] Adspexit  
 ad has seruilis adulationis voces idem Lucanus, de  
 Pompeij cæde:

—scelus hoc quo nomine dicent,  
 Qui Bruti dixere nefas?

Qui poëta ubique tam liberi imò licentis stili in Prin-  
 cipes est, ut mirer ea scripta sub Principe. & qui-  
 dem tali.

90. ASINII POLLIONIS SCRIPTA.]  
 Qui xvii. libros Historiarum scripsit, auctore Suidâ.  
 Citat Suetonius, & alij.

91. SEPTVAGESIMVM ANTE ANNV. ] Ro-  
 tundum numerum posuit, non verum. qui erat LXVI.  
 Facilis supputatio. Nam bellum Philippense anno vr-  
 bis DCCXI. at nunc annus DCCLXXIIX.

92. VITAM ABSTINENTIA FINIUIT.] C  
 Distinctè totam historiam Seneca: Vfus itaque bal-  
 neo, & quò plus imponderet, in cubiculum se quasi  
 gustaturus contulit: & dimissis pueris, quædâ per  
 fenestram, ut videretur edisse, proiecit à cænâ. De-  
 inde quasi (corrupta interpunctio ab ignavis moris  
 prisca, scribe. proiecit. A cænâ deinde quasi. Mos  
 vulgo obtinebat ut in balneo, aut statim post balneum  
 aliquid sumerent, quod vocabant Gustare & Gustum,  
 & deinde nihilominus venirent ad legitimam cæ-  
 nam) iam satis in cubiculo edisset, abstinuit. alte-  
 roque die & tertio idem fecit. Quarto ipsâ in fir-  
 mitate corporis faciebat indicium. Cognito con-  
 filio eius, publica voluptas erat, quod è faucibus  
 auidissimorum luporum educeretur præda. Ac-  
 cusatores, Seiano auctore, adeunt consulum tri-  
 bunalia: queruntur mori Cordum, ut interpel-  
 larent quod cœgerant. Adeo illis Cordus vide-  
 batur effugere. Magna res erat in quæstione, an  
 mortis rei perderentur. Dum deliberatur, dum  
 accusatores iterum adeunt, ille se absoluerat.  
 Quem locum eo libentius adscripsi, ut ab alijs depo-  
 situm emendarem. Corruptum enim illud, an mortis  
 rei perderentur: & ad Oedipum relegat nos Pincia-  
 nus. In libro manuscripto legi, proderentur. ita-  
 que cum adseueratione emendo, an morte rei prohi-  
 berentur. Probat ipse Seneca, statim: Fles quòd  
 quemquam tuorum mori necesse fuit? Pænè non  
 licuit.

93. LIBROS PER ÆDILES.] Aliàs id per Trium-  
 viros factum. In vitâ Agricole. Delegato Trium-  
 uiris ministerio, ut monumenta clarissimorum  
 ingeniorum in comitio ac foro vrerentur. Aliàs  
 per prætorem. Valerius: Græcos Numæ libros L Pe-  
 tillius

**A** censuere patres, sed manserunt<sup>94</sup> occultati, & editi. Quod magis fecordiam eorum intridere libet, qui presenti potentia, credunt extingui posse etiam sequentis aevi memoriam. Nam contra, punitis ingenijs gliscit auctoritas: neque aliud externi reges, aut qui eadem fauicia vfi sunt, nisi dedecus sibi, atque illis gloriam peperere. Ceterum postulandis reis, tam continuus annus fuit, vt feriarum Latinarum diebus,<sup>95</sup> Praefectum vrbis Drusum,<sup>96</sup> auspiciandi gratia tribunal ingressum, adierit Calpurnius Saluianus in Sex. Marium.<sup>97</sup> quod a Caesare palam increpitum, causa exsilij Saluiano fuit. Obiecta publice Cyzicenis<sup>98</sup> incuria caerimoniarum diui Augusti, additis violentiae criminibus aduersum ciues Romanos. & amisere libertatem, quam bello Mithradatis meruerant circumfessi; nec minus sua constantia, quam praesidio Luculli pulso rege. At Fonteius Capito, qui proconsul Asiam curauerat, absoluitur; comperto ficta in eum crimina, per Vibium Serenum. neque tamen id Sereno noxae fuit, quem odium publicum tutiorem faciebat.<sup>99</sup> nam vt quis districtior accusator, velut sacrosanctus erat: leues, ignobiles, poenis adficiabantur. Per idem tempus Hispania vltior, missis ad senatum legatis orauit, vt exemplo Asiae delubrum Tiberio matricum eius exstrueret: qua occasione Caesar, validus alioqui spernendis honoribus, & respondendum ratus ijs quorum

Libri eius exusti: frustra, & augetur fama.

Cap. 36.

Cap. 37.

Templum Hispani Tiberio struendum voluit

rumore

tilius Praetor vrbane ex auctoritate Senatus per victimarios igne facto in conspectu populi cremavit. *Primus Romanorum hanc ingenij sui poenam subiit Labienus. Vide pulchra apud Senecam patrem lib. x. Controu. initio.*

**C** 94. OCCULTATI, ET EDITI. ] Occultati a filiis, & ab eadem poste a editi. Itaque nihil muti. Vertramo tamen placet, & abdit. Non moris Tacito, bina verba ponere eiusdem rei. Vide Seneca i. caput Consolat. ad Marciam. Scripsit hic Cremutius bella ciuilia & res Augusti: exstantq; fragmenta, ex quibus genus dicendi colligas, in Suasoria Seneca de morte Ciceronis.

95. PRAEFECTVM VRBIS DRVSVM. ] Cipro Drusum Germanici filium. Moris enim vt Latinarum diebus praeficeretur vrbis adolescens aliquis ex prima nobilitate. Dico adolescens, quoniam, vt Mutius ait, ex ea aetate praefectus fiat, quae non sit Senatoria. apud Agell. xiv. cap. vlt. Dio tamen indicare videtur ab Augusto id institutum, lib. XLIX. Εν δὲ ταῖς ἀνοχαις αἰρετοὶ ὑπὸ τῆς Καίσαρος πολιάρχου παίδες ἀνθεοὶ ἐξ ἰσπεῶν, ἀλλ' ἐν ἐκ βαλδύτῳ γερονότες ἦσαν. Ita & Nero Praef. vrbis a Claudio. Sueton. cap. VII.

96. AVSPICANDI GRATIA. ] Moris vt quicumque munus aut magistratum caperent, primo eius die leuiter aliquid delibarent, auspicij saltem causa. Ascinius ad illud Ciceronis in Verrem. Qui auspiciato a Chelidone surrexisset: Auspicari dicuntur ineuntes magistratus: & quia Chelidon, id est hirundo, urbem frequentat, facete vrbane provinciam Chelidonis, auspicio meretricis dicit esse susceptam. Itaque appellabant primum illum, \* Auspicalem diem. Panegyristes: Illum tamen primum Consulatus tui auspicialem diem tacitus praeterire nullo modo possum: quo tu solus omnium consecutus es, vt quod tempus antea incipiendis tantummodo rebus aptum esse videbatur, tunc primum potuerit sufficere peragendis, vnoque sol curriculo & officia te Consulibus incohantem videret, & Imperatoris implentem. Non alia fax clarior ad hunc ritum. & bene ait, incipiendis rebus: quia tantum leues quaedam & tractatiae causae proponi solent, dicitur gratia. Suetonius Nerone: Auspicatus est & iurisdictionem Praefectus vrbis (ita lego, non, praefecti

vrbis) sacro Latinarum, celeberrimis patronis non translaticias, vt asolet, & breues, sed maximas plurimasque postulationes certatim ingerentibus: quamquam interdictum a Claudio esset. Nec magistratus solum, sed etiam priuati homines vulgo Kal. Ianuarijs artes suas, religionis omnijsq; causa auspiciabantur. Ouidius,

Tempora commisi nascentia rebus agendis,

Totus ab auspicio ne foret annus iners.

Quisque suas artes ob idem delibat agendo,

Nec plus quam solitum testificatur opus.

Seneca epistolâ LXXXIV. Ille tantus Psychrolutes, qui Kal. Ianuarijs in Euripum saltabam: qui anno nouo, quem idmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic auspiciabar in Virginem desilire. Suetonium eodem traho, Nerone, cap. XLVI. Kal. Ianuarijs auspicianti, Sporus anulum muneri obtulit, cuius gemmae sculptura erat Proserpinae raptus. Illud proprium studiosis, vt auspiciarentur lucubrationes suas nocturnas, vt opinor, Vulcanalibus ipsis. Apparet ex Plinij verbis epist. ad Macrum de auunculi sui vita studijsq; Lucubrare Vulcanalibus incipiebat, non auspiciandi causa, sed studedi. Vulcanalia autem IX. Kal. Septembres.

97. QVODA CAESARE PALAM INCREPITVM. ] Iure, quia, vt dixi, non serie causa, sed leues quaedam tunc agi solita: multo minus capitales, & omnis seui ac scaui.

98. INCURIA CAERIMONIARVM DIVI AVGVSTI. ] Quod fanum honori eius ceptum non perfecissent, & quod ciues quosdam Rom. in vincla habuissent. Dio & Suetonius cap. XXXVII. Cyzicenis in ciues Rom. violentius quaedam ausis publice libertatem ademit, quam bello Mithradatico meruerant. Ademerat sane Cyzicenis libertatem & Augustus. ob ciues item Rom. flagris caesos: sed mox restituit. vt apud Dionem reperies lib. LIV. actis anni DCCXXXIV. & DCCXL. Strabo lib. XII. Cyzicum liberam fuisse ait suo etiam aeo. ex quo vides magnum illum scriptorem desisse viuere aut scribere, ante hunc Tiberij annum.

99. NAM VT QVIS DISTRICTIOR. ] Plane ex illo Sallustiano oraculo, sub Tyrannis: Quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est.

Eius sententia de hoc honorum genere.

Cap. 38.

Verba praeclara, & non pro Tiberio.

Viri magni magna fama audi.

Cap. 39.

\* VELORS, Seianus nuptias Liviae petiit: Idque scripto.

rumore arguebatur in ambitionem flexisse, huiusmodi orationem cepit. Scio. P. C. A constantiam meam à plerisque desideratam, quod Asia ciuitatibus nuper idem istud petentibus, non sim aduersatus. ergo & prioris silentij defensionem; & quid in futurum statuerim, simul aperiam. Cum <sup>100</sup> diuus Augustus, sibi atque urbi Romae templum apud Pergamum sibi non prohibuisset; qui <sup>101</sup> omnia facta dictaque eius vice legis obseruem, placitum iam exemplum promtius secutus sum, quia cultui meo veneratio senatus adiungebatur. Ceterum ut semel recepisse, veniam habuerit; ita per omnes prouincias effigie numinum sacrari, ambitiosum, superbum. & Vanescit Augusti honor, si promiscuis adulationibus vulgatur. Ego me P. C. mortalem esse, & hominum officia fungi, satisque habere, si locum principem impleam, & vos testor, & meminisse posteros volo. qui satis superque memoriae meae tribuent, ut maioribus meis dignum, rerum uestrarum prouidum, constantem in periculis, offensionum pro utilitate publicâ non pavidum, credant. Hac mihi in animis uestris templa, haec pulcherrimae effigies, & mansura. Nam quae saxo struuntur, si iudicium posterorum in odium uertit, pro sepulchris spernuntur. Proinde socios, ciues, & <sup>102</sup> deos & deas ipsas, precor: hos, ut mihi ad finem usque uitae, quietam & intelligentem humani diuinique iuris mentem duint; illos, ut quandocumque concessero, cum laude & bonis recordationibus, facta atque famam nominis mei prosequantur. Perstititque posthac, secretis etiam sermonibus, aspernari talem sui cultum. quod alij modestiam; multi quia diffideret; quidam ut degeneris animi interpretabantur. Optumos quippe mortaliu, altissima cupere. Sic Herculem & liberum apud Graecos, Quirinum apud nos, deum numero additos. Melius Augustum, qui sperauerit. Cetera Principibus statim adesse: unum insatiabiliter parandum, prosperam sui memoriam. nam contentu famae, contemni virtutes. At Seianus nimita fortunâ\* secors, & muliebri insuper cupidine incensus, promissum matrimonium flagitante Livia, componit ad Caesarem codicillos. <sup>103</sup> moris quippe tum erat, quamquam praesentem, scripto adire. eius talis forma fuit. Beneuolentiâ patris Augusti, & mox pluribus Tiberij iudicijs, ita insueuisse, ut spes uotaque sua non prius ad deos, quam ad Principum aures conferret. Neque fulgorem bonorum umquam precatum: excubias ac labores, ut unum è militibus, pro incolumitate Imperatoris malle. Attamen quod pulcherrimum, adeptum, ut <sup>104</sup> coniunctione Caesaris dignus crederetur. hinc initium spei. Et quoniam audiuerit Augustum, in conlocandâ filiâ, nonnihil <sup>105</sup> etiam de equi-

100. DIVVS AVGVSTVS SIBI.] Exemplum huius adulationis à Persis, de quibus apud Q. Curtium postremus seruatorum Cleo: Persas non solum pie, sed etiam prudenter reges suos inter deos colere: maiestatem enim imperij, salutis esse tutelam. \* Eadem Augusto mens. sed ut leniret inuidiam, non sibi soli permisit templa statui, sed coniunctim urbi Romae: quae iam pridem scilicet inter deas. Suetonius: Templa quamuis sciret etiam Proconsulibus discerni solere. in nullâ tamen prouinciâ nisi communi suo Romaeque nomine recepit. Ita à communi Asiae Pergami statutum templum, de quo hic Tacitus, & denarij veteres: in quibus templi forma cum inscriptione, COM. ASIÆ. ROM. ET. AVG. id est, Commune Asiae Rom. & Augusto. de quo satis multa Dio lib. LI. in actis anni DCCXXV. Facit quod in lapidibus legimus, FLAMINI. ROM. ET. AVG. & apud Rufum Templum Romae & Augusti, in ipsâ urbe.

101. OMNIA FACTA DICTAQVE.] Quod de se hic Tiberius, tribuit illi etiam Strabo, lib. VI. extremo: Tiberius, inquit, successit Augusto: Κανονα δ' διοικήσεως καὶ τῆς δεσποματων ποισιδρος ἐνεεινον: regulam normamque gubernationis & imperij illum faciens.

102. DEOS ET DEAS IPSAS.] Optime, nec, ut alij, Deas reijcias. Est sollemnis precatio, exemplo Graco-

rum. Demosthenes: Θεοῖς εὐχομαι πᾶσι καὶ ἀδελφοῖς: & sepius. Est à fonte Homericò: Κελευτέ μιν πάντες τε θεοὶ, πᾶσαι τε θεααί: Omnes dij me audite, atque omnes me quoque diuæ.

103. MORIS QUIPPE TVM ERAT.] Probus sapiensque mos, & quem ego sanè laudem. Repertorem eius C. Caesarem fuisse moneatur à me inuentus. Ita enim Plutarchum accipio in Caesare: λέγει δὲ καὶ τὸ δὲ δεσποματων τοῖς φίλοις ομιλεῖν, καὶ σαρεωρον μηχανήσασθαι, ἢ καὶ πρὸς ὄψων ἐνδύειν ὑπὲρ τῆς ἐπιτηδόντων, τὸ καρε, δε τὸ πλῆθος ἀρχολίων, καὶ τὸ πῶλεως τὸ μέγεθος, μη περιμδροντος: Ferunt & Caesarem primum rationem repperisse amicos per litteras conueniendi, cum coram agendi de rebus ijs quae incidissent, nec multitudo occupationum, nec urbis magnitudo semper spatium darent. Quod referri non nisi ad amicos praesentes posse, clarum est. Tenuit coluitque eundem morem Augustus, qui sermones cum singulis, atque etiam cum Livia sua, grauiore, non nisi in scriptis & libello habebat; ne plus minusve loqueretur. Suetonius cap. LXXXIV.

104. CONIUNCTIONE CAESARIS.] Filia eius Claudij filio desponsa.

105. ETIAM DE EQVITIBVS ROMANIS.] Suetonius: Agrippa defuncto, multis ac diu etiam ex equestri

\* De quo Philo ad Caium: accepisse eum honores eiusmodi, non quod probaret, sed quia id posset amplitudo imperij, cui ueneratio quaedam perbatur his artibus.

- A** equitibus Romanis consultauisse: ita si maritus *Liuiæ* quæreretur, haberet in animo amicum, solâ necessitudinis gloriâ usurum. Non enim exuere imposita munia: satis æstimare, firmari domum aduersum iniquas *Agrippinæ* offensiones: idque <sup>106</sup> liberorum causâ, nam sibi multum superque vitæ fore, quod tali cum Principe expleuisset. Ad ea *Tiberius*, laudatâ pietate *Seiani*, suisque in eum beneficijs modicè percurtis, cum tempus tamquam ad integram consultationem petiuisset, adiunxit. <sup>107</sup> Ceteris mortalibus in eo stare consilia, quid sibi conducere putent: Principum diuersam esse sortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda. idè se non illuc decurrere, quod promptum rescripto: posse ipsam *Liuiam* statuere, nubendum post *Drusum*, an in penatibus iisdem tolerandum haberet: esse illi matrem & auiam, propiora consilia. simplicius acturum. de inimicijs primùm *Agrippinæ*: quas longè acrius arsuras, si matrimonium *Liuiæ*, velut in partes, domum *Cæsarum* distraxisset. Sic quoque erumpere amulationem feminarum, eaque discordiâ nepotes suos conuelli: quid si intendatur certamen, tali coniugio? <sup>108</sup> Falleris enim *Seiane*, si te mansurum in eodem ordine putas, & *Liuiam*, que
- B** <sup>109</sup> *C. Cæsari*, mox *Druso* nupta fuerit, eâ mente acturam ut cum equite Romano senescat. Ego ut sinam, credis ne passuros, qui fratrem eius, qui patrem maioresque nostros, in summis imperijs uidere? Vis tu quidem istum intra locum sistere. sed illi magistratus & primores qui te inuito perumpunt, <sup>110</sup> omnibusque de rebus consulunt, <sup>111</sup> excessisse iam pridem equestre fastigium, longèque antise <sup>112</sup> patris mei amicitias, non occulti ferunt, perque inuidiam tui me quoque incusant. At enim *Augustus* filiam suam equiti Romano tradere meditatus est. Mirum herculè, si cum in omnis curas distraberetur, immensumque attolli prouideret, quem coniunctione tali super alios extulisset, <sup>113</sup> *C. Proculium* & quosdam in sermonibus habuit, insigni tranquillitate vitæ, nullis *Repub.* negotijs permixtos. Sed si dubitatione *Augusti* mouemur; quanto validius est quòd *M. Agrippæ*, mox mihi conlocavit? Atque ego hæc, pro amicitia, non occultauimus: ceterum neque tuis, neque *Liuiæ* destinatis, aduersabor. Ipse quid intra animum volutaerim, quibus adhuc necessitudinibus immiscere te mihi parem; omittam ad præsens referre. id tantum aperiam, nihil esse tam excelsum, quod non Virtutes istæ, tuusque in me animus mereantur. datoque tempore, vel in senatu, vel in concione non reticebo. Rursum *Seianus*, non tam de matrimonio, sed altiùs metuens tacita suspicionum: vulgi rumorem, ingruentem inuidiam deprecatur. Ac ne affidios in domum cœtus arcendo, infringeret potentiam, aut receptando, facultatem criminantibus præberet; huc flexit, ut *Tiberium* ad vitam procul Româ, amœnis loci degendam, impelleret. Multa quippe prouidebat. suâ in manu aditus, litterarumque magnâ ex parte se arbitrum fore, cum <sup>114</sup> per milites com-

Cap. 40.  
Obliquè ne-  
gat *Tiberius*

Cap. 41.  
Callidum  
*Seiani* consi-  
lium.

Qui Princi-  
pem abducit.

mearent:

equestri ordine circumspèctis conditionibus, *Tiberium* priuignum suum elegit.

**D** 106. LIBERORVM CAUSSA.] Non hoc dicit, quod in fronte videtur: velle se matrimonium, liberorum causâ, vti formula & lex erant: sed firmandæ *Drusi* domus, que desolata iam illo mortuo erat, contra *Agrippinam*. Firmandæ, inquam, liberorum *Drusi* gratiâ: & ut illos (nepotes *Tiberij*) tueretur. Sequentia id adfirmant, alioqui longinqua: nam sibi satis vitæ, &c. quasi dicat, De se non angere, aut suâ posteritate: felice, si cum Principe viuat, obeatq.

107. CETERIS MORTALIBVS.] Vix abest quin ad *Sallustium* respexerit, quem non legit solum sedulo, sed sublègit. Nam apud eum *Cæsar*, pari sententiâ distulit: Alijs alia licentiâ est P.C. qui demissi in obscuro vitam agunt. si quid iracundiâ deliquere, pauci sciunt: fama atque fortuna eorum pares sunt. Qui magno imperio præditi in excelso atatem agunt, eorum facta cuncti mortales nouere. Ita in maximâ fortunâ minima licentiâ est.

108. FALLERIS ENIM SEIANE.] Respondet illi parti, Non enim exuere se imposita munia.

109. C. CÆSARI.] *Augusti* filio.

110. OMNIBVSQVE DE REBVS CONSVLVNT.] Senatores igitur intellegere videtur, qui publicè consulunt, & de rep. censent. Neque de priuatis ceperim, qui *Tiberio* consilium darent.

111. EXCESSISSE IAM PRIDEM.] Quare? aut quo in factò? Credo, quia *Prætorij* honoribus insignitus *Seianus* à *Tiberio*, atque ita velut exemptus Equiti, & insertus in Senatum. Sed & postea Consulem eum fecit, & Senatorem palam. *Suetonij* igitur scriptio, adfirmantis (in *Tito* c. vi.) *Præfecturam* *Prætorij*, numquam ad id tempus, nisi ab equite Ro. administratam, nonne legenda cautè? videtur: & cum exceptione huius, atque etiam \* alius, (ut alibi dicam) exempli.

112. PATRIS MEI AMICITIAS.] Id est, amicos. Intellegit *Augusti* *Agrippam* aut *Mæcenatem*.

113. C. PROCULEIVM.] Qui frater *Karronis* *Murene*, illius qui in *Augustum* conspirauit: cuius etiam soror *Mæcenati* uxor. *Dio* LIV. Laudat eum *Horatius*:

Viuet extento *Proculius* æuo  
Notus in fratres animi paterni.

114. PER MILITES COMMEARENT.] Obserua litteras

\* In Cle-  
mente Are-  
tino. lib. 1 v.  
Hist.

Causa, qui-  
bus perju-  
der.

Cap. 42.

Plures accu-  
sati damna-  
ti.

Cap. 43.  
Controver-  
sia super  
templo:  
Inter Lacedæ-  
monios &  
Messenios

mearent : mox Cæsarem vergente iam senectâ secretoque loci mollitum, munia impe-  
rij faciliùs tramissurum: & minui sibi invidiam, ademtâ salutantum turbâ, sublatiſque  
inanibus, verâ potentiâ augere : Igitur paullatim negotia vrbis, populi adcurfus, multi-  
tudinem adfluentium increpat, extollens laudibus quietem & solitudinem : quâ abesse  
tædia & offensiones, ac præcipua rerum maximè agitari. Ac fortè habita per illos dies  
de <sup>115</sup> Votieno Montano, celebris ingenij viro, cognitio, contantem iam Tiberium per-  
pulit, vt vitandos crederet patrum cætus vocesque, quæ plerumque veræ & graues co-  
ràm ingerebantur. nam postulato Votieno ob contumelias in Cæsarem dictas, testis  
Æmilius è militaribus viris, dum studio probandi cuncta refert, & quamquam inter  
obstrepentes magnâ adseueratione nititur; audiuit Tiberius probra, quâ per occultum  
lacerabatur : adeoque perculsus est, vt se vel statim, vel in cognitione purgaturum cla-  
mitaret : precibusque proximorum, adulatione omnium, ægrè componeret animum.  
Et Votienus quidem <sup>116</sup> maiestatis pœnis adfectus est : Cæsar obiectam sibi aduersus  
reos inclementiam eò peruicaciùs amplexus, Aquiliam adulterij delatam, cum Vario **B**  
Ligure, quamquam Lentulus Getulicus consul designatus <sup>117</sup> lege Iuliâ damnasset, ex-  
filio puniuit : Apidiumque Merulam, quòd in acta diui Augusti non iurauerat, <sup>118</sup> albo  
senatorio erasit. Auditæ dehinc Lacedæmoniorum & Messeniorum legationes, de iure  
templi <sup>119</sup> Dianæ Limenetidis; quod suis à maioribus, suaque in terrâ dicatum, Lacedæ-  
monij firmabant annalium memoriâ, vatumque carminibus. Sed Macedonis Philippi,  
cum quo bellassent, armis ademptum; ac post C. Cæsaris & M. Antonij sententiâ red-  
ditum. Contrâ Messenij, veterum inter Herculis posteros diuisionem Peloponnesi pro-  
tulère, suoque regi <sup>120</sup> Dentheliatem agrum, in quo id delubrum, cessisse : monimen-  
taque

*litteras per milites solere transmitti, & quidem per  
eos qui Speculatores dicti. Plutarchus in Galbâ Nym-  
phidium præfectum prætório valde offensum scribit,  
quòd Consules litteras & diplomata µη παρ' αὐτῆς καὶ  
σφραγίδα καὶ σφραγίδας λαβόντες ἀπέπεµψαν. sine  
signo suo & militibus misissent. Nec alius sententia  
illud Taciti lib. II. Histor. Vix credibile memo-  
ratu est, quantum superbiæ Vitellio accesserit,  
postquam speculatores Syriâ Iudæaque adactum  
in verba eius Orientem nuntiauerunt. Hæc clara, &  
firmanda Suetonij scriptura, quæ in omnibus ferè  
manuss. Cal. cap. XLIV. Magnificas Romam litte-  
ras misit, monitis speculatoribus vt vehiculo ad  
forum vsque & Curiam pertenderent. Depraua-  
runt vulgò, sæpè latoribus.*

115. VOTIENO MONTANO.] Cuius inter celebres  
oratores mentio Seneca lib. V. controuers. VII. & Prae-  
fatione lib. IX. Etiam inter poetas Ouidio:

Quique vel imparibus numeris Montane vel  
æquis

Sufficis, & gemino carmine nomen habes.

116. MAIESTATIS POENIS AFFECTVS EST.]  
Quibus pœnis, propius disce ex Eusebio in Chronicis:  
Votienus Montanus Narbonensis orator, in Ba-  
learibus insulis moritur, illuc à Tiberio relegatus.

117. LEGE IVLIA DAMNASSET.] Adulterij pœ-  
ne quæ olim, non in promptu: reclusi, quâ potui, &  
tenebris præsci cui radium aliquem nouæ lucis dedi,  
in EXCVRS. quem huic rei vide, in A.

118. ALBO SENATORIO.] Album τὸ λευκὸν µε-  
γ; id est, tabula albatæ in quibus nomina aliudve quid  
inscriptum. Sic legis Album Prætoris, Album Decu-  
rionum, Album Iudicum: & in Tertulliano, Album  
Apostolorum. Senatorum autem Album primus insti-  
tuit Augustus, anno DCCXLVI. cum recensito Senatu,  
multas infrequentibus imposuisset, & simul definis-

set numerum intra quem SC. non fieret. Eas ad res  
visum necessarium Album: quod renouatum quoriam-  
nis, & in Curia propositum. Dio: Τὰ τε ὀνόματα συμ-  
παντῶν βουλευόντων ἐς λευκὸν µεγ; ἀναγραφὰς ἐξέθηκε,  
καὶ ἐξ ἐπειρῆς καὶ νῦν κατ' ἔτος ἔτιω ποιεῖται. id est:  
Nomina omnium Senatorum in albo descripta  
proposuit: atque ex eo, quotannis etiam nunc  
ita fit.

119. DIANÆ LIMENETIDIS.] Scripturam eam  
inuare aliquid Callimachi versus videntur in Diana  
Hymno: — Καὶ µὲν ἀρχαῖς Ἔοση καὶ λιµνῆος ἐπι-  
σκοπος. quasi eadem illa dea vijs præsit portibusque.  
Ac tu nihil ambigens reponere, Limnatidis. Ita historia  
hic postulat, & consensus scriptorum. Sive enim à Lim-  
nis vico ( qui aliter Amycla dictus) Messeniae: sive  
ἀπὸ τῆς λιµνῆς, à palude, agnominata ea dea, certe Lim-  
natis scribendum, sive Limnetis, Prioris sententiæ  
Strabo esse videtur. VIII. Τὸ δ' ἐν Λίμναις τῆς Ἀρτέ-  
μιδος ἱερῶν, Λιµναίων, ἐφ' ᾧ Μεσσηνιοὶ ποιεῖ τὰς παρ-  
θενεὺς ὑβρίτας δοκῶσι τὰς ἀφιγµένους ἐπιτῆθυσίαν, ἐν  
µεθοραῖς ἔστι τῆς Λακωνικῆς καὶ τῆς Μεσσηνιας. Ὅπως κοι-  
νῶν σιωπέτερον πάντησιν καὶ θυσίαν ἀµφοτέροι. Nec  
dissimilia libro sexto. At à lacu deriuat clarè Pansa-  
nias libro IV. & VI. itemque Artemidorus lib. II. qui  
Dianam in somnijs visam boni ominis piscatoribus  
esse vult, quoniam & Λιµνητῆς dicitur.

120. DENTHELIATEM AGRVM.] Lectionis &  
historia obscura locus. Placet, regi Penthilo Elea-  
tem agrum. Penthilus Arcadia, & nisi fallor, Messe-  
niorum rex, filius Orestis. Strabo libro XIII. Οὐρέης δὲ  
ἐν Ἀρκαδίᾳ τελευτήσαντος τῆς βίον, ἀφ' ἐξῆσθς τῆς υἱὸν  
αὐτῆς Πένθιλον λέγουσι, καὶ ποιεῖσθαι µέγχι Θράκης,  
ἐξήκοντα ἔτεσι τῆς Τροϊκῶν ἐξέσθς, ὑπὲρ αὐτῶν τῆς  
Ἡρακλειδῶν εἰς Πελοπόννησον καὶ θοδον. id est: Ore-  
sti in Arcadiâ defuncto successisse in regno Pen-  
thilum filium eius aiunt, & processisse in Thra-  
ciam

A taque eius rei sculpta faxis, & ære prisco manere. Quod si vatum, annalium, ad testimonia vocentur; plures sibi ac locupletiores esse. neque Philippum potentiâ, sed ex vero statuisse. idem regis Antigoni, idem Imperatoris Mummij iudicium: sic Milesios, permissio publicè arbitrio, postremo Atidium Geminum, prætorem Achaïæ, decreuisse. Ita secundùm Messenios datum. Et Segestani, ædem Veneris, <sup>121</sup> montem apud Ery-

Vincunt  
Messenij.

Cap. 44.  
Lentuli &  
Domitij  
mors, &  
elogia.

125 Do-

B ciam vsque, sexaginta ferè post Troicas res annis: quo ipso tempore in Peloponnesum redierunt posteri Hercules. \* Velleius l. i. Post Orestis interitum filij eius Penthelus & Tisamenus, regnauere triennio. Tum, ferè anno octogesimo (Strabo numerauit annos dumtaxat sexaginta) post Troiam captam, centesimo & vigesimo quàm Hercules ad deos excefferat, Pelopis progenies, quæ omni hoc tempore, pulsus Heraclidis, Peloponnesi imperium obtinuerat, ab Hercules progenie expellitur. Tempora & res satis conueniunt: disconuenit fortasse Tacitus, qui regem ipsum è posteris Hercules facere videtur. At cum omnia Grecorum scriinia excussi, qui progeniem Hercules prodidère, intèrque alios Theophilum l. ii. aduersum gentes: Penthilum nullum reperio. Turbat etiam, quod Pausanias libro quarto, ubi Messeniorum reges ordine enumerat, neminem recenset hoc nomine. Quid si legas ergo Penthæo Eleatem agrum? quid si, Temeno? qui cerè inter Heraclidas est. Sed is Argis regnum habuit, vt Pausanias auctor. Quem eundem in hac historiâ si sequimur, Cresponti nomen fuit Messeniorum regi: cui in diuisione per fraudem liquecentis sortis, terra ea obuènit. Scripsim ergo, suoque regi dein Eleatem agrum. Eleatem sanè retineo: quia Strabo mihi auctor totam regiunculam inter Dymen & Messenam, Eleam vocatam fuisse. \* Dentheleatem, siue potiùs Dentheletem recipere non possum, quia Thracia ij populi, apud quos qui potuit esse hoc templum? Dixi multa. si erro. da sodes coronam: quia taurum toties non ferire difficile est, ait ille.

ADD. Mercerus, Tegeatem, aut Thuriatem mallet: & cum eo Pausanias profecto. quem vide. Nec enim ἐργα facio, historiarum hæc ἀπέργα.

D 121. MONTEM APVD ERYCVM. ] Imò, Erycem. Eryx enim Siciliæ ille mons dictus, descriptus Polybio lib. i. cum ipso templo, & Straboni in vi. De eo Virgilius:

Tum vicina altris Erycino in vertice sedes  
Fundatur Veneri Idaliæ.

Et ad eius instar etiam Romæ templum erectum Veneris Erycine ad portam Collinam. de quo Ouidius & Liuius. At illud mirum, quod noster hic Tiberio tribuit, id Suetonium Claudio adscripsisse, cap. xxv. Templum in Sicilia Veneris Erycinæ vetustate collapsum, vt ex ærario P. R. reficeretur, auctor fuit. An Suetonius id scripsit ἀλογιστῶν an verè instauratum iterùm à Claudio fuit? Quod tamen haud facile creditu, tam paucorum annorum interuallo.

122. VT CONSANGVINEVS. ] Quia Segestani pariter à Troianis orti. Panegyricus tamen scriptor, ad solos in Sicilia Mamertinos eam gloriam transfert: Imputauere se origine fabulosâ, inquit, in Sicilia Mamertini, in Asia Ilienses.

\* Aliquid  
hac de re &  
Tertul. De  
Pallio.

123. P. RUTILII EXEMPLVM. ] De quo Ouidius: Et graue magnanimi robur mirare Rutili  
Non vli reditus conditione dati.

Smyrna virum tenuit, non Pontus & hostica  
tellus.

Velleius, Cicero, Seneca, omnes scriptores.

124. LENTULO SVPER CONSVLATVM. ] Plures Lentuli sub hoc eum, & vereor vt confuderint quosdam viri docti. Lentulum Augurem eundem fuisse cum hoc Getulico censent. Non consentio ego. Primum, quia ille semper Auguris cognomine, quasi ad discrimen adfectus: quod delisset, factò loco agnomini meliori. Vbi, inquam, ille Augur nominatur, nusquam adiectum Getulici nomen. Iterùm, quia huic Auguri liberi nulli. Colligo ex Suetonij Tiberio, qui ait Cn. Lentulum Augurem, cui census maximus fuerit, angore & metu ad fastidium vitæ à Tiberio actum: & vt ne quo nisi ipso herede moreretur. Non tam impudens Tiberius, (presertim hoc imperij sui æuo) qui id exprimeret ab homine, cui suus heres. At Lentulo Getulico filius, vti docebo, cognomine eodem. Denique notari Augurem, vt inertem, sine ingenio, sine linguâ, à Senecâ video: illum laudari à Tacito hic & l. i. Præcipuè infensi Cn. Lentulo, quod is ante alios ætate & gloriâ belli firmare Drusum credebatur, & illa militiæ flagitia primus aspernari. Non mouet me quod opes magnas Getulico Tacitus tribuit, magnas item Auguri Seneca Suetonijsque. Disparitas enim elucet eo ipso. Getulico gloriæ fuerunt opes innocenter partæ & modestè habitæ, ait noster: vitio Auguri, cuius sordes & sterilitatem notat Seneca his verbis: Cn. Lentulus Augur diuitiarum maximum exemplum, antequam illum libertini pauperem facerent (hic quater milies H. S. suum vidit. propriè dixi: nihil enim ampliùs quàm vidit) ingenij fuit tam sterilis, quàm animi. Cùm enim esset auarissimus, nummos citiùs emittebat, quàm verba. tanta erat illi inopia sermonis. Censeo ergo diuersum ab Augure Getulico fuisse: censeo tamen, non pugno. Sed & Getulici duo, Pater, filiusq;. Pater ecce, qui hoc anno mortuus: filius, qui sequenti consul. Nominant Fasti, Dio, Tacitus ipse. Velleius clarissimè: Sed Cossus etiam victoriæ testimonium in cognomen filij contulit,

\* Quæ opi-  
nio Vertra-  
nij est.

125 Domitium decorauit pater, ciuili bello maris potens : donec Antonij partibus, mox  
 Cæsaris misceretur. Auus, Pharsalicâ acie, pro optimatibus ceciderat : ipse electus, cui  
 \* minor Antonia Octauia genita in matrimonium daretur. Post, exercitu flumen Al-  
 bim transcendit ; longius penetratâ Germaniâ, quàm quisquam priorum. easque ob res  
 insignia triûphi adeptus est. Obijt & L. Antonius, multâ claritudine generis, sed impro-  
 sperâ. nam patre eius Iulo Antonio ob adulterium Iuliæ morte punito, hunc admodum  
 adolescentulum, 126 sororis nepotem, seposuit Augustus in ciuitatem Massiliensem : vbi  
 specie studiorum nomen exsilij tegetur. Habitus tamen supremis honor : ossaque tu-  
 mulo Octauiorum inlata, per decretum senatus. Iisdem consulibus, facinus atrox in  
 citeriore Hispaniâ admissum à quodam agreste, 127 nationis Termestinae. is prætorem  
 prouinciæ, L. Pisonem, pace incuriosum ex improviso in itinere adortus, vno vulnere  
 in mortem adfecit: ac pernecitate equi profugus, postquam saltuosos locos attigerat, di-  
 missio equo, per disrupta & auia sequenteis frustratus est: neque diu fefellit. nam prehen-  
 so ductoque per proximos pagos equo, cuius foret cognitum. & repertus cum tormen-  
 tis edere conscios adigeretur ; voce magnâ, sermone patrio, frustra se interrogari clami-  
 tauit, adfisterent socij ac spectarent : nullam vim tantam doloris fore, vt veritatem  
 eliceret. 128 idemque cum postero ad quæstionem retraheretur, eo nisu proripuit se cu-  
 stodibus, saxoque caput adflixit, vt statim exanimaretur. Sed Piso Termestinatorum do-  
 lo cæsus habetur: qui pecunias è publico interceptas, acrius, quàm vt tolerarent barbari,  
 cogebat. Lentulo Gætulico, C. Caluisio Coss. decreta triumphii insignia Poppæo  
 Sabino, contusis Thracum gentibus, 129 qui montium editis, inculti, atque eo ferocius  
 agitabant. Causa motus, super hominum ingenium, quod pati dilectus, & validissi-  
 mum quemque militia nostræ dare aspernabantur; ne regibus quidem parère nisi ex  
 libidine soliti ; aut si mitterent auxilia, suos ductores præficere, nec nisi aduersum ac-  
 colas belligerare. Ac tum rumor inceserat fore, vt dissecti alijsque nationibus permixti,  
 diuersas in terras traherentur. Sed antequam arma inciperent, misère legatos, amici-  
 tiam, obsequiumque memoraturos; & mansura hæc, si nullo nouo onere tentarentur.  
 fin vt victis seruitium indiceretur; esse sibi ferrum & iuuentutem, & promptum liberta-  
 ti, aut ad mortem animum. Simul castella rupibus indita, conlatosque illuc parentes  
 & coniuges ostentabant, bellumque impeditum, arduum, cruentum, minitabantur.  
 Cap. 47. At Sabinus, donec exercitus in vnum conduceret, datis mitibus responsis, dum Pom-  
 ponius Labeo è Mœsiâ cum Legionem, rex Rhœmetalces cum auxilijs popularium, qui  
 fidem non mutauerant, veniret: additâ præsentii copiâ, ad hostem pergit, compo-  
 situm

\* In Suetonio  
est, maior

Item L. An-  
tonij.

Piso Prator  
Hispania  
interficatur.

Mira con-  
stantia in-  
terfecit.

Cap. 46.  
A. V. C.  
DCCCLXXII.  
In Thraciâ  
motus &  
bellum.

Cap. 47.  
Oviam  
prudenter  
caute Sabinus  
it.

\* Lib. III.  
c. III.

adolescentis in omnium virtutum exempla ge-  
 niti. Filius est, cui locus inter doctos: cuius Historie  
 & poemata laudantur à priscis. Historia, à Suetonio,  
 Cal. cap. V. II. Cn. Lentulus Gætulicus Tiburi ge-  
 nitum scribit. Poemata, Martiale, Præfatione quâ-  
 piam, Sidonio, & Probo. Leguntur & hodie quedam  
 Græca III. & VI. Anthologia, vbi corruptè titulus,  
 Γεταλλία pro Γεταλλία. Superuixit iste ad Caij prin-  
 cipatum, interfectus ab eo cum Germaniæ præfuisse  
 decem annos. Dio, LIX.

125. DOMITIVM DECORAVIT PATER. ] Vide  
 Suetonium in Nerone cap. I. Velleium II.

126. SORORIS NEPOTEM. ] Natus enim ex Iulo  
 Antonio & Marcellâ Octaviæ F. Consule Augusti  
 nostrum Stemma.

127. NATIONIS TERMESTINÆ. ] Termisum  
 opidum clarum in Hispanijs agnoscit Appianus: Τερμι-  
 σόν δὲ μεγάλην πόλιν αἰεὶ δυναμένην Ῥωμαίοις ἔχου-  
 σάν τε, ἐξ ἑρμηνείας κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐς τὸ παρόν, καὶ ἐκείνου  
 σεν οἰκεῖν ἀτειχίστας. Et credo me verè emendasse illud  
 Sallustij: Hi saltibus occupatis Termestinatorum  
 agros inuasere. vbi vulgò, tum externorum agros.

Opidum ipsum Termes \* Plinio dictum: vnde Ter-  
 mestini.

128. IDEMQUE CVM POSTERO. ] Vertranius  
 notat, Deest hic nomen, die. Imò iudicium hic tibi.  
 Solens priscis sine additione dicere, Hesternò, Cot-  
 tidiano, Anno, Hornò, Posterò: & ferè Aduerbio-  
 rum in morem. Exempla, iuuentutis causâ, sint ista.  
 Tacitus xv. Annal. Posterò, cum ad eisdem cru-  
 ciatus retraheretur, gestamine fellæ, & c. Plantus  
 Capteuicis: Nisi cottidiano sesquiopus confeceris.  
 vbi perperam legas, cottidianos, vulgò. Sic idem ille  
 Anno, non semel dixit, vt alibi notauit & correxi. Sic  
 Cicero lib. IV. ad Atticum, Anniversario, item Volun-  
 tario, Commodò, & plura. Hesternò etiam eadem ra-  
 tione mihi lectum.

129. QVI MONTIVM EDITIS. ] Hi sunt quos ὄρει-  
 νὰς Θεῶνας Thucydides appellat, describitq. libro II.  
 Παρεκάλει δὲ καὶ τῶν ὄρειων Θεῶναν τὰς ποικίλας  
 τῶν ἰσχυρότων καὶ μαχαιροφόρων, οἱ Δῖοι καλεῖν, τὴν  
 Ῥοδόπιον οἱ πλείστοι οἰκούντες. Quod ait eos ἰσχυρό-  
 τας: idem Tacitus voluit, cum hic scripsit, ne regibus  
 quidem nisi ex libidine parère solitos.

A fitum iam per angustias saltuum. quidam audentius apertis in collibus visabantur. quos dux Romanus acie suggestus, haut ægrè pepulit, sanguine barbarorum modico, ob propinqua suffugia. Mox castris in loco communitis, validâ manu montem occupat, angustum, & æquali dorso continuum vsque ad proximum castellum, quod magna vis armata <sup>130</sup> aut incondita tuebatur. simul in ferocissimos qui ante vallum <sup>131</sup> more gentis cum carminibus & tripudijs præfultabant, mittit dilectos sagittariorum. Ij dum eminus grassabantur, crebra & multa vulnera fecere, propius incedentes, eruptione subitâ turbati suat, receptique subsidio Sugambræ cohortis, quam Romanus promptam ad pericula, nec minùs cantuum & armorum tumultu trucem, haut procul instruxerat. Translata dehinc castra hostem propter, relictis apud priora munimenta Thracibus, quos nobis adfuisse memoravi. ijsque permissum vastare, vrere, trahere prædas, dum populatio lucem intrâ susteretur, noctemque in castris tutam & vigilem capefferent. id primò servatum: mox versi in luxum, & raptis opulenti, omittere stationes, lasciviâ epularum, aut somno & vino procumbere. Igitur hostes incuriâ eorum compertâ, duo agmina parant: quorum altero, populatores inuaderentur; alij castra Romana adpugnarent, non spè capiendi, sed vt clamore, telis, suo quisque periculo intentus, sonorem alterius prælij non acciperet. tenebræ insuper dilectæ, augendam ad formidinem. Sed qui vallum legionum tentabant, facile pelluntur. Thracum auxilia repentino incursu territa, cum pars munitionibus adiacerent, plures extrâ palarentur, tanto infensius cæsi, quanto perfugæ & proditores ferre arma ad suum patriæque seruitium incusabantur. Postera die Sabinus exercitum æquo loco ostendit; si barbari successu noctis alacres, prælium auderent. & postquam castello, aut coniunctis tumultis non digrediebantur; obsidium cœpit per præsidia, quæ opportunè iam muniebat. dein fossam <sup>132</sup> loricamque contexens, quattuor millia passuum ambitu amplexus est. Tum paullatim, vt aquam pabulumque eriperet, contrahere claustra, artaque circumdare. & struebatur agger, vnde saxa, hastæ, ignes propinquum iam in hostem iacerentur. sed nihil æquè quam sitis fatigabat, cum ingens multitudo bellatorum, imbellium, vno reliquo fonte vterentur. <sup>133</sup> Simul æquè armenta (vt mos barbaris) iuxta clausa, egestate pabuli examinari: adiacere corpora hominum, quos vulnera, quos sitis peremerat: pollui cuncta sanie, odore, contactu. Rebusque turbatis, <sup>134</sup> malum extremum discordia accessit: his deditionem, alijs mortem, & mutuos inter se ictus parantibus. & erant qui non inultum exitium, sed eruptionem suaderent: neque ignobiles, quamuis diuersi sententijs.

Primo impetu in pellis.

Cap. 48.

Illi populares suos vagos castris.

Cap. 49.

Sed à Sabinò arctius obsidentur.

Aquarum inopiâ premitur.

Cap. 50.

Dissent super delictis.

Tarsa nimis virile consilium, & fatum.

nec

D 130. AVT INCONDITA.] Rectè Rhenanus, at incondita, præter Taciti mentem.

131. MORE GENTIS.] Notat barbaricum cum ritum eleganter Thucydides in oratione Brasidae, libro IV. Οὔτοι δὲ πλεῖν μέλλουσιν μὲν ἔχουσι τοῖς ἀπειροῖς φοβερῶν. Καὶ γὰρ πλεῖν δὲ φέως δεινοί, καὶ βροῖς μεγάλοι ἀφῆρητοι. Ἡ δὲ τε ἀφῆρητος ἐπαυάσεισις γὰρ ὀπλῶν ἔχει τινα δῆλωσιν ἀπειλῆς. πορομίξαι δὲ τοῖς ὑποιδύσων ἄτα ἐχθροῖσι. Vbi scribi velim, πλεῖν δὲ φέως. quod Tacitus transtulit ad Germanos, corpus visu toruum. De hoc ritu in loco plura.

132. LORICAMQUE CONTEXENS.] Id est, exiguum vallum, & sæpè è cratibus, aut sepis instar: ideoq; hic, contexens. Vide Poliorcetica nostra, lib. II. Dial. II.

133. SIMVL ÆQVE ARMENTA.] Malim, simulque armenta. Possit etiam, Simul equi, armenta: sed hoc præfero.

134. MALVM EXTREMVM DISCORDIA.] Neque nollem, malorum extremum. Ceterum ad vitam & usum notanda gnomo. quam adfirmat item Polybius lib. V. Διόπερ ἡμῶν, inquit, ἀφισπότησεως, φιλοπίας, ὀργῆς τὸ ἐν ἀλλήλοις πάντα πλήρη. Τέτο γὰρ δὴ φιλεῖ γίνεσθαι, καὶ περὶ κοινὰ πράγματα καὶ περὶ τὰς κατ' ἰδίαν βίαις, ὅταν ἐλλείπωσιν αἱ χωρητικαὶ τῶν ἐκείνων ἐπιβολαίς: Quamobrem suspicionis, contentionis, iræ omnia plena erant. Hoc enim & in publicis & in priuatis rebus vsuuenire solet, cum incepta nostra deserunt successus & sumptus. Hæc talia, quisquis vir es, obserua & decerpe, serios historiarum fructus.

L 4

135. CLAV-



nec defuere qui eodem modo oppeterent. Turefis suâ cum manu noctem opperitur, haut nescio duce nostro. Igitur firmatae stationes densioribus globis: & ingruerat nox nimbo atrox, hostisque clamore turbido, modò per vastum silentium incertos obsessores effecerat: cum Sabinus circumire, hortari, ne ad ambigua sonitus, aut simulationem quietis, casum insidiantibus aperirent, sed sua quisque munia seruarent immoti, telisque non in falsum iactis. Interea barbari cateruis decurrentes, nunc in vallum manualia saxa, præustas sudes, decisa robora iacere: nunc virgultis, & cratibus, & corporibus exanimis, complere fossas: quidam pontes & scalas antè fabricati, inferre propugnaculis, eaque prehensare, detrahare, & aduersus resistenteis cominus niti. Miles contra deturbare telis, pellere vimbonibus, muralia pila, congestas lapidum moles prouoluere. His partæ victoriæ spes, & si cedant, insignitius flagitium: illis extrema iam salus, & adfistentes plerisque matres & coniuges, earumque lamenta addunt animos. Nox alijs in audaciam, alijs ad formidinem opportuna: incerti ictus, vulnera improvisa: suorum atque hostium ignoratio: & montis anfractu repercussæ velut à tergo voces, adeò cuncta miscuerant, ut quædam munimenta Romani quasi perrupta omiserint. Neque tamen peruasere hostes, nisi admodum pauci: ceteros, deleto promptissimo quoque aut faucio, adpetente iam luce, trusere ad summa castelli. vbi tandem coacta deditio, & proxima sponte inimicorum recepta: reliquis, quò minùs vi aut obsidio subigerentur, præmatura montis Hæmi & sæua hiems subuenit. At Romæ commotâ principis domo, ut series futuri in Agrippinam exitij inciperet, <sup>135</sup> Claudia Pulchra sobrina eius postulatur, accusante Domitio Afro. Is recens præturâ, modicus dignationis, & quoquo facinore properus clarescere, crimen impudicitiae, adulterum Furnium, veneficia in principem & deuotiones obiectabat. Agrippina semper atrox, tum & periculo propinqua accensa, pergit ad Tiberium, ac fortè sacrificantem patri repperit. quo initio inuidiæ, *Non eiusdem ait mactare diuo Augusto victimas, & posteros eius insectari. non in effigies mutas diuinum spiritum transfusum; <sup>136</sup> sed imaginem veram caelesti sanguine ortam <sup>137</sup> intelligere discrimen, <sup>138</sup> suscipere sordes. Frustrâ Pulchram præscribi, cui sola exitij causa sit, quòd Agrippinam stultè prorsus ad cultum dilegerit, oblita Sossæ ob eadem adfuerat.* Audita hæc raram occulti pectoris vocem elicere, correptamque <sup>139</sup> Græco versu admonuit: *ideò lædi, quia non regnaret.* Pulchra & Furnius damnantur. Afer primoribus oratorum additus, diuulgato ingenio, & secutâ adseueratione Cæsaris, quâ <sup>140</sup> suo iure disertum eum appellauit. Mox capeffendis accusationibus, aut reos tutando, prosperiore eloquentiæ quàm morum famâ fuit. nisi quòd ætas extrema multum etiam eloquentiæ demisit, dum fessâ mente retinet silentij impatientiam. At Agrippina peruicax iræ, & morbo corporis implicata, cum viferet eam Cæsar, profusis diu ac per silentium lacrymis, mox inuidiam & preces orditur: *subueniret solitudini, daret maritum, habilem adhuc iuuentam sibi, neque aliud probis, quàm ex matrimonio solatium: <sup>141</sup> esse in ciuitate; Germanici coniugem:*

Cap. 51.  
Alij erumpunt, & castra tentant.

Conatu irritato.  
Ita ad extremum dediti.

Cap. 52.  
Claudia Pulchra accusata Roma:

Indignante Agrippinâ.

Domitij Africani.

Cap. 53.

Agrippina maritum petit.

135. CLAVDIA PVLCHRA SOBRINA.] *Dionem adi, qui historiam hanc recensuit inter acta Caij, vbi de Domitio. Sobrina hæc Claudia quomodo Agrippinæ fuerit, nondum repperi: hoc tantum, filium eius Quinctilium Varum, desponsum filie Germanici. quod ostendo infra.*

136. SED IMAGINEM VERAM.] *Assentior Muræto, se imaginem.*

137. INTELLIGERE DISCRIMEN.] *Periculum scire, quod immineret, sordes suscipere, ut in reatu propinquorum. De se Agrippina sentit.*

138. SVSCIPERE SORDES.] *Hoc ad Agrippinam, que ipsa in sordibus, ut videtur, ob reatum Pulchræ sobrinæ.*

139. GRÆCO VERSV ADMONVIT.] *Suetonius extulit, Si non dominaris filiola, iniuriam accipere existimas? Ex quo Canterus noster*

*diuinat, Εἰ μὴ νεγρεῖς, τρυλιον, ὕβελ' ἑοδαῖ δ' οὐκ εἰς. Sed non est dubium quin ad Iasonis vocem aspexerit Tiberius, quam ille in Tragædiâ quapiam emisserit. cuius mens hæc & verba apud Aristotelem III. Polij. capite III. Καὶ δὲ τὰ τ' ἰσως ἰάσων ἐφ' ἡμεῖς ὅτι μὴ τυερωῖ, ὡς οὐκ ἔπιστάμενος ἰδιώτης ἐστὶν:] & ob hoc non iniuriâ Iason dixit, Lædi se quia non regnaret: scilicet inscius priuatum agere.*

140. SVO IVRE DISERTVM.] *Et sanè magnificat eum ubique Quinctilianus, quem senem ab se adolescentulo. cultum ait, lib. v.*

141. ESSE IN CIVITATE \* GERMANICI.] *Non ego medicus huic loco: vidi qui legeret: esse in ciuitate, qui Germanici. c. Sed in manuscripto cum palam lacuna sit, ciuitate . . . . . Germanici, cur non defectum arbitremur?*

**A** ac liberos eius recipere dignaretur. Sed Cæsar non ignarus quantum <sup>142</sup> ex Rep. peteretur: ne tamen offensionis aut metus manifestus foret, sine responso, quamquam instantem, reliquit. Id ego à scriptoribus annalium non traditum, repperi in <sup>143</sup> commentarijs Agrippinæ filix: quæ Neronis principis mater, vitam suam & casus suorum posteris memoravit. Ceterum Scianus mærentem & improuidam altiùs perculit, immisissis qui per speciem amicitix monerent, paratum ei venenum, vitandas foci epulas. Atque illa simulationum nescia, cum propter discumberet, non vultu aut sermone flecti, nullos attingere cibos; donec aduertit Tiberius, fortè, an quia audiuerat? idque quò acriùs experiretur, poma vt erant adposita laudans, nurui suâ manu tradidit. Aucta ex eo suspicio Agrippinæ, & intacta ore, <sup>144</sup> seruis tramisit. nec tamen Tiberij vox coram secuta, sed obuersus ad matrem, non mirum ait, si quid seuerius in eam statuisset, à quâ veneficij in simularetur. Inde rumor, parari exitium: neque id imperatorem palam audere, secretum ad perpetrandum quæri. Sed Cæsar quò <sup>145</sup> famam auerteret, adesse frequens senatui, legatosque Asiæ ambigentes quânam in ciuitate <sup>146</sup> templum statueretur, pluris per dies audiuit. Vndecim vrbes certabant pari ambitione, viribus diuersæ. neque multum inter se distantiam memorabant, de vetustate generis, studio in populum Romanum, per bella Perfi & Aristonici aliorumque regum. Verum Hypæpeni Tralliani que Laodicens & Magnetibus simul tramissi, vt parum validi. Ne Ilienses quidem, cum parentem vrbis Romæ Troiam referrent, nisi antiquitatis gloriâ pollebant. paullum addubitatum, quòd Halicarnassij mille & ducentos per annos nullo motu terræ nutauisse sedes suas, viuoque in saxo fundamenta templi adseuerauerant. Pergamēnos (eo ipso nitebantur) æde Augusto ibi sitâ, satis adeptos creditum. Ephesij, Milesijque, hi Apollinis, illi Dianæ cærimoniâ occupauisse ciuitates visi. Ita Sardianos inter, Smyrnæoque deliberatum. Sardiani decretum Etruriæ recitauère, vt consanguinei. nam Tyrrenum Lydumque <sup>147</sup> Atye rege genitos, ob multitudinem diuisisse gentem. Lydum patrijs in terris resedisse, Tyrreno datum nouas vt conderet sedes. Et ducum è nominibus indita vocabula, illis per Asiam, his in Italiâ: auctamque adhuc Lydorum opulentiam, missis in Græciam populis, <sup>148</sup> cui mox à Pelope nomen: simul litteras imperatorum, & icta nobiscum fœdera bello Macedonum, vbertatemque fluminum suorum, temperiem cæli, ac dices circum terras memorabant. At Smyrnæi repetitâ vetustate, <sup>149</sup> seu Tantalus Ioue ortus, illos, siue Theseus diuinâ & ipse stirpe, siue vna Amazonum condidisset: transcendere ad ea, quibus maximè fidebant in populum Romanum officijs,

Non impetrat.

Cap. 54. Insuper in eam Sciani.

Cap. 55. Certamen Asiaticarum urbium pro templo Augusti.

Singularum argumenta & inductio nes.

Cap. 56.

142. EX REP. PETERETVR. [ Cui, illo coniugio cum Augusti nepte, velut alterum caput dabatur. Ideo de metu sequitur, quem silentio dissimulauit.

143. COMMENTARIIS AGRIPPINÆ FILIÆ. ] *Quæ mulier perita & industria præter sexum. Citat eam Plinius indice libri VII. vocatque Agrippinam Claudij: scilicet uxorem. Et libro VII. Neronem paullo antè principem, pedibus genitum parens eius scribit Agrippina. Non pertinent ad hanc, vt vir doctus nuper censuit, Augusti laudes apud Suetonium cap. LXXXVI. Et quâdam epistolâ Agrippinæ neptis ingenium collaudans: Sed opus est, inquit, dare te operam ne molestè scribas aut loquere. Manifestus est ἀναχρησισμός. Pertinent ad matrem huius, quæ Augusto neptis: ista proneptis. Nec dubium, quin hæc quidem viuo Augusto planè adhuc puera.*

144. SERVIS TRAMISIT. ] *Qui ad fulcra lecti, ex more.*

145. FAMAM AVERTERET. ] *Et populi sermones alibi occuparet. Eo enim sine ipse in Senatu creber, & res illustriores actæ; ne vacare ipse priuatis videretur, neve populo de ijs loqui esset.*

146. TEMPIVM STATVERETVR. ] *Illud, quod destinatum, Tiberio & Senatui, à communi Asia.*

147. ATYE REGE GENITOS. ] *Arys Herculis & Omphales filius, è duobus filijs sorte iactâ alterum retinuit Lydum nomine, alterum in Italiam misit colonia deducenda: cui nomen Tyrrenus, & ab eo Tyrrenia terra. Ita ferè Strabo libro V. conuenienter ad Taciti verba: & Tertullianus, De spectaculis, Lydos ex Asia transuenas in Etruriâ confedissee Timæus refert, duce Tyrreno, qui fratri successerat, (lego, cesserat, siue, secetterat) regni contentione. Paullo diuersus tamen ab istis Dionysius lib. I. quem licet legas, Velleiumq. lib. I.*

148. CUI MOX A PELOPE NOMEN. ] *Quem Pelopem vulgò Phrygem, Pausanias & quidem Lydum faciunt.*

149. SEU TANTALVS IOVE ORTVS. ] *Variante has sententias super conditâ Smyrnâ notabis passim. De Theseo & Atheniensibus, sensu Epigrammaticus lib. IV. Εἰς εἰκόνα Πεισισθέτη. ὅτι Ἀθηνησες hoc argumento Homerum sibi vindicant.*

Ἡμετέρας γὰρ ἐμείνος ὁ χρύσεος ἑὸ πολίτης,  
Ἐπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἀπακίσαμεν.

De Ama-

officijs, missâ nauali copiâ non modò externa ad bella, sed quæ in Italiâ tolerabantur: A  
 150 seque primos templum vr̄bis Romæ statuisse, M. Porcio consule, magnis quidem  
 iam Romani populi rebus, nondum tamen ad summum elatis, stante adhuc Punicâ  
 vr̄be, & validis per Asiâ regibus. Simul L. Sullam testem adferebant, grauissimo in  
 discrimine exercitus ob asperitatem hiemis, & pænuriam vestis, cum id Smyrnam in  
 concionem nuntiatum foret, omnes qui adstabant detraxisse corpori tegmina, nostrisque  
 legionibus misisse. Ita rogati sententiam patres, Smyrnæos prætulērunt. censuitque Vi-  
 bius Marfus, vt M. Lepido, cui ea prouincia obuenerat, super numerum legaretur, qui  
 templi curam susciperet: & quia Lepidus ipse diligere per modestiam abnuebat, Vale-  
 rius Naso è prætorijs forte missus est. Inter quæ diu meditato, prolatoque sæpius con-  
 filio, tandem 151 Cæsar in Campaniam specie dedicandi templum apud Capuam Ioui,  
 152 apud Nolam Augusto; sed certus procul vr̄be degere. Causam abscessus quam-  
 quam secutus plurimos auctorum ad Seiani artes rettuli, quia tamen cæde eius patratâ,  
 153 sex postea annos pari secreto coniunxit, plerumque permoueor, num ad ipsum refer-  
 ri verius sit, sæuitiam ac libidinem cum factis promeret, locis occultantem. Erant qui  
 crederent, in senectute quoque corporis habitum pudori fuisse. 154 quippe illi prægraci-  
 lis & incurua proceritas, nudus capillo vertex, vlcerosa facies, ac plerumque medicami-  
 nibus interstincta: & Rhodi secreto, vitare cœtus, recondere voluptates insuêrat. Tradi-  
 tur etiam matris impotentia extrusum, quam dominationis sociam aspernabatur; ne-  
 que depellere poterat, cum dominationem ipsam donum eius accepisset. Nam dubita-  
 uerat Augustus Germanicum sororis nepotem, & cunctis laudatum, rei Romanæ im-  
 ponere: sed precibus vxoris euictus, Tiberio Germanicum, sibi Tiberium adsciuit. idque  
 Augusta exprobrabat, reposcebat. Profectio arto comitatu fuit. vnus senator con-  
 sulatu functus, Cocceius Nerua, cui legum peritia: eques Romanus, præter Seianum,  
 ex

Vincunt  
Smyrnam.

Cap. 57.

Tiberius Ro-  
mâ abit.

Varij varias

causas dant:

Seianum.

Sæuitiam

eius:

Deformem

formam:

Matrem.

Cap. 58.

Pauit illius

comites.

De Amazone, quæ nomen Smyrna à se dedit, initio  
 libri XIV. Strabo. Ceterum lapides nummiq, hoc opi-  
 dum Zmyrnam scribunt, non vt obtinuit per Sigma.

150. SE PRIMOS TEMPLVM VR̄BIS. ] Obseruabit  
 Philologus. Accidit hoc anno vr̄bis D L V I I. Secuti  
 exemplum sunt Alabandenses annis X X I V. circiter  
 posteriùs. gloriantur apud Liniũ, l. XLIII. Alaban-  
 denses templum vr̄bis Romæ se fecisse commemo-  
 rauerunt, ludosque anniuersarios ei Diuæ in-  
 stituisse. Prudentius de hac Deâ:

colitur nam sanguine & ipsa

More deæ, nomenque loci ceu numen habetur:  
 Atque Vr̄bis Venerisque pari se culmine tollunt  
 Tempa, simul geminis adolentur thura dea-  
 bus.

Vbi vides commune Romæ templum in ipsâ vr̄be cum  
 Venere fuisse. Ad hanc quoque Diuam ille poeta:

Exaudi regina tui pulcherrima mundi  
 Inter sidereos Roma recepta polos.

Claudianus in monte Palatino collocat, lib. II. De lau-  
 dib. Stilic. vbi Prouincijs facit Romæ supplicantes:

Conueniunt ad tecta Deæ, quæ candida lucent  
 Monte Palatino.

151. CÆSAR IN CAMPANIAM. ] Vox abest sen-  
 tentiæ explenda. Lego, Cæsar ijt Campaniam.

152. APVD NOLAM. ] Loco vbi mortuus. Adi-  
 Dionem lib. LVI. in extremo: Suetonium cap. XL.

153. SEX POSTEA ANNOS. ] Abijt vr̄be Tiberius,  
 anno DCCLXXIX. nec redijt: abijt vitâ DCCXC. Vn-  
 decim, ergo absuit continuos annos. Errorem Plutar-  
 chi non dissimulo, aut potius exscriptoris, Libello de  
 exilio: vbi legitur Tiberius septem annis Capreas  
 inhabitasse. Verba sunt: Τίβερος δὲ Καῖσαρ ἐν Κα-

πρέας ἐπὶ τὴν δυνάστην μεχρὲν τὴν τελευτήν. Falsum. C  
 Nec inuerit eum, quod non statim Capreas secessit.  
 Vix enim in Campaniâ hesit dimidiatum annum, vt  
 liquet ex Cornelio nostro. Damna ergo lectionem, nisi  
 mauis Plutarchum, & scribe, δέξα, vel ἐνδέξα ἐστίν.  
 Etiam in Suetonij loco, vbi de hac absentia, adhaeresco,  
 cap. LI. Toto quidem triennio, quo viuente matre  
 absuit, semel omnino eam, nec amplius quam  
 vno die, ac paucissimis vidit horis. & malim, toto  
 biennio. Egressus enim Tiberius fine anni DCCLXXIX.  
 obiit illa principio anni LXXXII. vt ex Tacito cla-  
 rum. Non ergo fuerunt inter toti tres anni.

154. QUIPPE ILLI PRÆGRACILIS. ] Pugnât hæc  
 delineatio, è diametro, cum Suetonij verbis: Corpore  
 fuit amplo atque robusto. staturâ, quæ iustam ex-  
 cederet. latus ab humeris & pectore: ceteris quo-  
 que membris vsque ad imos pedes æqualis &  
 congruens. De veritate, secundum neutrum pronun-  
 tio. Quod sequitur, Vlcerosa facies, ac plerumque  
 medicaminibus interstincta: explicat idem Suetonius  
 Facie honestâ, in quâ tamen crebri & subti-  
 les tumores. In cuius verbis vitium. quid enim est  
 subtilis tumor? Libri aliquot Pulmanni nostri, subiti  
 tumores. nihilo melius. At tu me duce scribe, substilli  
 tumores. vel etiam, substillis. Non potuit magis  
 aptiore verbo exprimi liquor saniesq, quæ in eius-  
 modi tumoribus minutatim stillat. Ita Substillum Fe-  
 sto, tempus ante postq, pluuiam, quod iam stillaret aut  
 nondum desisset. Tertullianus: Aut imbres ruunt, &  
 si qua missilia cum imbribus, dehinc substillum,  
 & denuò sudum. Cato De re rusticâ, in Stranguriâ  
 vsurpat: Nunc de ijs quibus ægrè lotium it, qui-  
 busque substillum est.

155. CVR

**A** ex inlustribus <sup>155</sup> Curtius Atticus. ceteri liberalibus studijs præditi, fermè Græci, quorum sermonibus leuaretur. Ferebant periti cælestium, ijs motibus siderum excessisse Romam Tiberium, ut reditus illi negaretur. unde exitij causa multis fuit, properum finem vitæ coniectantibus, vulgantibusque. neque enim tam incredibilem causam prouidebant, ut undecim per annos libens patriam careret. Mox patuit breue confinium artis, & falsi, veraque quam obscuris tegerentur. nam in urbem non regressurum, haut forte dictum: ceterorum nescij egere, cum propinquo rure, aut litore, & sæpè mœnia urbis adsidens, extremam senectam compleuerit. Ac fortè illis diebus oblatum Cæsari anceps periculum, auxit vana rumoris: præbuitque ipsi materiam, cur amicitia constantiaque Seiani magis fideret. Vescabantur in <sup>156</sup> villam, cui vocabulum Speluncæ, <sup>157</sup> mare Amuclanum inter Fundanosque montes, natiuo in specu. eius os lapsis repente saxi, obruit quosdam ministros. hinc metus in omnes, & fuga eorum qui conuiuium celebrabant. Seianus <sup>158</sup> genu, vultuque & manibus super Cæsarem suspensus, opposuit sese incidentibus: atque habitu tali repertus est à militibus, qui subsidio venerant. Maior ex **B** eo, & quamquam exitiosa suaderet, ut non sui anxius, cum fide audiebatur. Adsimulabatque iudicis partes aduersus Germanici stirpem, subditis qui accusatorum nomina sustinerent, maximeque insectarentur Neronem proximum successioni, & quamquam modestam iuuentam, plerumque tamen quid in præsentarium conduceret oblitum: dum à libertis & clientibus apiscendæ potentia properis exstimulatur, ut erectum & fidentem animi ostenderet: velle id populum Romanum: cupere exercitus: neque ausurum contra Seianum, qui nunc patientiam senis, & fegnitiam iuuenis iuxta insultet. Hæc atque talia audienti, nihil quidem prauæ cogitationis, sed interdum voces procedebant contumaces, & inconsultæ: quas adpositi custodes exceptas auctasque cum deferrent, neque Neroni defendere daretur, diuersæ in super sollicitudinum formæ orientantur. Nam alius <sup>159</sup> occursum eius vitare, quidam salutatione redditam statim auerti, plerique inceptum sermonem abruptere; insistentibus contra iridentibusque, qui **C** Seiano fautores aderant. Enimuerò Tiberius toruus, aut <sup>160</sup> falsum renidens vultu, seu loqueretur, seu taceret. iuuenis crimen ex silentio, ex voce: ne nox quidem secuta, <sup>161</sup> cum vxor vigilias, somnos, suspiria matri Liuiæ, atque illa Seiano patefaceret. qui fratrem quoque Neronis Drusum traxit in partes, spe obiectam principis loci, si priorem ætate & iam labefactum demouisset. Atrox Drusi ingenium, super cupidinem potentia, & solita fratribus odia, accendebatur inuidiam: quod mater Agrippina promptior Neroni erat. neque tamen Seianus ita Drusum fouebat, ut non in eum quoque semina futuri exitij meditaretur: gnarus præferocem, & insidijs magis opportunum. Fine anni excessere

Mira præditi-  
tio super  
emansione  
eius.

Cap. 59.  
Periculum  
Cæsaris.

Et Seiani  
impauida  
fides.

Nero iuue-  
niliter in-  
causus.

Cap. 60.  
Et deferunt  
ad Tiberium

Cuius frater  
Drusus in  
fratrem ar-  
matur:

Cap. 61.  
sere

155. CURTIUS ATTICVS. ] Est ille, quem lib. VI. subuersum artibus Seiani ait: & ad quem Ouidij Elegia IV. & VII. libri secundi De Ponto.

**D** 156. VILLA, CUI VOCABVLVM SPELVNCÆ. ] Prætorium Suetonius appellat, more sui sæcli; quo omnes villa elegantiores & non rustici vsus, Prætoria dictæ. Nomen illi à re, quia imposita vel adiuncta huic natiua speluncæ. Id secutos in posituram villa Romanos, docet Seneca locus de villa Vatiæ: Speluncæ sunt duæ, inquit, magni operis, laxo atrio, paries manufactus (scribo, pares manufactis:) quarum altera solem non recipit, altera vsque in Occidentem tenet. Ceterum hoc ipso in factò recensendo non sine censuræ Suetonium dimitto. cuius vulgati libri: In Prætorio cui Spelunca nomen erat, incænanter eo, complura & ingentia saxa fortuito supernè delapsa sunt. & aio rescribendum: incænantem eum. Addo, hodieque nomen manere, & opidulum esse: extremis montibus Fundanis, ad mare adiacens.

157. MARE AMVCLANVM INTER. ] Amyclæ duplices. Altera Laconum quæ silentio perierunt, ut

paræmia est: altera Italarum, inter Caietam & Taracinam, quas à Serpentibus deletas crediderunt Solinus Pliniusque. Ab his Amyclis, mari illi nomen.

158. GENV, WLTVOVE. ] Hæc positio facile capitur, si cogitas iacentem in lecto Tiberium: ut solent vescentes. Ipse igitur tali habitu super eum, ut tueretur.

159. OCCVRSVM EIVS VITARE. ] Pulchra & graphica descriptio eorum, qui amant, metuunt; volunt, nolunt iungi. Et simillima in Sidonio, de sese delato ob Satyræ. Alij tamen mihi plus quam deceret ad genua volui; alij ne salutarent, fugere post statuas, oculi post columnas; alij tristes vultuosi que iunctis mihi lateribus incedere.

160. FALSVM RENIDENS WLTV. ] Distinguo sic: renidens vultu. seu loqueretur, seu taceret iuuenis; crimen ex silentio, ex voce. Turbant vulgò.

161. CVM Vxor. ] Iulia Drusi F. quæ Neroni nupta: quamque postea Claudius, Messalline dolo, interfecit. Sueton. & Dio.

162. ASI-

Agrippa &  
Haterij  
mors.

Cap. 62.

A. V. C.

DCCXXC.

Fidenis

Amphithe-

atrum, parum

firmiter

struatum.

Idq; magna

strage homi-

num corruit

Cap. 63.

\* Decem

millia Phi-

lipp. census

olim eque-

str.

Cap. 64.

Incidium

Roma atrux.

Cesar libe-

ritate mi-

ngat.

\* Ipse rotam

stringit mul-

to sufflami-

ne consul.

sere insignes viri, <sup>162</sup> Asinius Agrippa, claris maioribus quam vetustis, vitaque non de- A  
gener. Et <sup>163</sup> Q. Haterius familiam senatoriam, eloquentiam quoad vixit celebrata: moni-  
menta ingenij eius haut perinde retinentur. Scilicet impetu magis, quam cura vigeat.  
utque aliorum meditatio & labor in posterum valet; sic Haterij canorum illud &  
profuens, cum ipso simul extinctum est. M. Licinio, L. Calpurnio Coss. ingentium  
bellorum cladem æquavit malum improvisum. eius initium simul & finis exitit. Nam  
cepto apud Fidenam amphitheatro, <sup>164</sup> Atilius quidam libertini generis, quo spectacu-  
lum gladiatorum celebraret, neque fundamenta per solidum subdidit, neque firmis nexi-  
bus ligneam compagem superstruxit: ut qui non abundantiam pecunie, nec municipali  
ambitione, sed in fordidam mercede id negotium quaesivisset. Adfluxere auidi talium,  
imperitante Tiberio procul voluptatibus habiti, virilis ac muliebris sexus, omnis ætas,  
ob propinquitatem loci effusus. unde grauior pestis fuit, conferta mole, dein conuulsa,  
dum ruit intus, aut in exteriora effunditur: immensamque vim mortalium spectaculo  
intentos, aut qui circum adstabant, præceps trahit atque operit. Et illi quidem quos B  
principium stragis in mortem adflixerat, ut tali sorte, cruciatum effugere. Miserandi  
magis, quos abrupta parte corporis, nondum vita deseruerat: qui per diem visu, per no-  
ctem ululatus & gemitu, coniuges aut liberos noscebant. Iam ceteri famam exciti, hic  
fratrem, propinquum ille, alius parentes lamentari. etiam quorum diuersam de causam  
amici aut necessarii aberant, pauere tamen: neque dum comperto, quos illa vis percu-  
lisset, latior ex incerto metus. Ut cœpere dimoueri obruta; concursus ad exanimos, com-  
plectentium, osculantium: & sæpe certamen, si confusior facies, & par forma aut ætas,  
errorem adnoscentibus fecerat. <sup>165</sup> Quinquaginta hominum milia, eo casu debili-  
tata vel obruta sunt. Cautumque in posterum senatusconsulto, ne quis gladiatorium  
munus ederet, cui minor \* quadringentorum milium res; neque amphitheatrum impo-  
neretur, nisi solo firmitatis spectata. Atilius in exilium actus est. Ceterum sub recentem  
cladem patuere procerum domus, fomenta, & medici passim præbiti: fuitque urbs C  
per illos dies, quamquam mæstam facie, veterum institutis similis, qui magna post prælia  
saucios largitione, & cura sustentabant. Nondum ea clades exoleuerat, cum ignis  
violencia urbem ultra solitum adfecit, deusto monte Cælio: feralemque annum fere-  
bant, & omnibus aduersis susceptum principi consilium absentiam, qui mos vulgo, for-  
tuita ad culpam trahentes, ni Cæsar obuiam isset, tribuendo pecunias ex modo detri-  
menti. Actamque ei grates apud senatum, ab inlustribus: fama que apud populum, quia  
sine ambitione, aut proximorum precibus, ignotos etiam & ultrò accitos munificentiam  
iuuerat. Adduntur sententiam, ut mons Cælius in posterum <sup>166</sup> Augustus appellaretur:  
quando cunctis circum flagrantibus, sola Tiberij effigies sita in domo Iunij senatoris,  
inui-

162. ASINIUS AGRIPPA. ] Censeo filium Asi-  
nij Galli: ideoq; addit, clariore illi maiores, quam  
vetustiores. Nam Asinia gens in lucem protracta  
ab Augusto, qui non iniuriam extulit auum huius  
Pollionem.

163. Q. HATERIVS, ELOQVENTIÆ CELEBRA-  
TÆ. ] Inter declamatores recenset Seneca pater, inu-  
ritq; eandem notam quam hic Tacitus. Q. Haterius,  
inquit, pulcherrimam imaginem mouit. Cœpit  
enim subito quo solebat cursu orationis scribere  
(vellem, describere) quasi exaudiret aliquem tu-  
multum, vastari omnia ac rapi, comburi incendijs  
villas, fugas agrestium. & cum omnia impleffet  
terrore, adiecit, Quid exhorruisti adolescens? so-  
cer tuus venit. De eodem homine vitioq; corrigend-  
us Seneca filius, epist. XL. Namque Echeri cursum  
suis temporibus oratoris celeberrimi, longè abef-  
se ab homine sano volo. lege, Nam Q. Hateri.  
Elegans in hanc rem Augusti iocus, Haterius noster

\* sufflaminandus est. quod à curribus tractum. Ad  
hunc hominem Eusebiana ista refer in Chronicis:  
Q. Haterius (male in eo Atherius) promptus &  
popularis orator, vsque ad XC. prope annum sum-  
mo honore confenescit.

164. ATILIVS QUIDAM LIBERTINI GENÈ-  
RIS. ] Ergone permissum libertis edere ludos? Appa-  
ret. Suetonius tamen aliud indicare videtur Claudij  
cap. XXVIII. De Harpocrâ magne gratie apud  
Imp. liberto: Cui, ait, lecticâ per urbem vehendi,  
spectaculaque publicè edendi ius tribuit. Sed ere-  
do vetitum Romæ tantum, non in municipijs colo-  
nijsque.

165. QVINQVAGINTA HOMINVM MILIA. ]  
Nihil mutemus. Suetonius & Orosius viginti homi-  
num milia perisse eo casu aiunt: noster quinquaginta,  
sed latius sumens, debilitatos non solum obrutos.

166. AVGVSTVS APPELLARETVR. ] Vide Sueto-  
nium, cap. XLVIII.

167. CLAV-

Statua eius  
intacta igni.

Cap. 65.

Caeli montis  
nomē, unde?  
\* appellatus

Cap. 66.

Quintilius  
Varus accu-  
satur.

Cap. 67.

Tiberius  
Capreas  
concessit.

tremis

A inuoluta mansisset. Euenisse id olim <sup>167</sup> *Claudia Quintia*, eiusque statuam vim ignium bis elapsam, maiores apud eam Matris deum consecrariisse. sanctos acceptosque numinibus Claudios: & augendam carimoniam loco, in quo tantum in Principem honorem dii ostenderint. Haut fuerit absurdum tradere, montem eum antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse, quod talis siluæ frequens, secundusque erat: mox Cælium appellatum <sup>168</sup> à Cæle Vibennâ, qui dux gentis Etruscæ, cum <sup>169</sup> auxilium \* appellatum ductauisset, sedem eam acceperat à Tarquinio Prisco, seu quis alius regum dedit. nam scriptores in eo dissentiunt. cetera non ambigua sunt, magnas eas copias per plana etiam ac foro propinqua habitauisse, <sup>170</sup> unde Tuscum vicum è vocabulo aduenarum dictum. Sed ut studia procerum, & largitio principis, aduersum casum solatium tulerant; ita accusatorum maior in dies & infestior vis sine leuamento grassabatur. corripueratque <sup>171</sup> Varum Quintilium, diuitem & Cæsari propinquum, Domitius Afer, Claudie Pulchræ matris eius condemnator; nullo mirante, quod diu egens, & parto nuper præmio malè vsus, plura ad flagitia accingeretur. Publicum Dolabellam socium delationis extitisse, miraculo erat; quia claris maioribus, & Varo connexus, suam ipse nobilitatem, suum sanguinem perditum ibat. Restitit tamen senatus, & opperendum imperatorem censuit. quod vnum, vrgentium malorum suffugium in tempus erat. At Cæsar dedicatis per Campaniam templis, quamquam edicto monuisset, ne quis quietem eius intrumperet, concursusque opidanorum disposito milite prohiberentur; perosus tamen municipia, & colonias, omniaque in continenti sita, <sup>172</sup> Capreas se in insulam abdidit, trium milium freto ab extremis

167. CLAVDIÆ QVINCTIÆ.] Duo nomina gentilitia huic femina? Non est Romanum. Scribo, Claudie Quintæ. Tertia, Secunda, Quarta, Quinta, mulierum agnomina ab ordine nascendi. Ita Liius libro XL. Calpurnius Piso necatus à Quartâ Hostiliâ vxore dicebatur. In vetusto lapide, QVARTA. LIVIA. & alibi, QVINCTA. NONIA. Eoque exemplo hic, Quinta Claudia. Iudicium meum firmat historia, quia Ap. Claudio huius patri quinque filie fuerunt. Cicero in Catone: Quattuor robustos filios, & quinque filias Appius regebat, & senex & cæcus. Male ergo in scriptore de viris illustribus, Livia Claudia. Quod ad historiam hanc, miraculumque: habes apud solum, nisi aberro, Valerium. lib. I. cap. VIII. Possunt & illa miraculorum loco poni, quod Q. Claudie statua in vestibulo templi Matris deum posita, bis eâ æde incendio consumptâ, prius P. Nasicæ Scipione, L. Bestiâ; item M. Seruilio & L. Lamiâ Coss. in suâ basi flammis intacta stetit.

168. A CÆLE VIBENNA.] Mutant annales, in nomine. in tempore, in re. Nomen illi Cælem, noster & Varro faciunt libro IV. Cælium, Dionysius & Tabula Claudiana, que Lugduni. Tempus aduentus eius, ad Romulum Varro & Dionysius rettulere: ad Tarquinium, Tacitus & Claudius in tabulâ dictâ. Festus (ut Fragmenta sunt) de Tarquinio item inseruit: sed dispescuit nomen; & Cælem ac Vibennam facit duos fratres. In re ipsâ: Dionysius Romam migrasse eum, impulsam Romuli famâ; Tacitus, auxilij ferendi causâ; Claudius, exactum variâ fortunâ pulsumque, describunt. Tabula illius Claudiane verba digna adscribi. Seruius Tullius, si nostros sequimur, captiuâ natus Ocrefiâ: si Tuscos, Cæli quondam Viuennæ sodalis fidelissimus omnisque eius casus comes, postquam variâ fortunâ exactus cum omnibus reliquis Cæliani exercitus Etruriâ excessit, montem Cælium occupauit, & à duce suo Cælio

ita appellatus. Mutatoque nomine (nam Tuscè Mastarna ei nomen erat) ita appellatus est; ut dixi.

169. AVXILIVM APPELLATVM \* TAVISSET.] Hec scriptura, aiunt, codicis Medicæi. Variè restitunt. Putem tò appellatum, è priore lineâ repetitum frustra; delendumque. Ita legerim, cum auxilium tulisset.

170. VNDE TVSCVM VICVM.] Aliter visum Liius, qui lib. II. cognominatum vult à reliquis exercitus Porse, qui è fugâ receperant se Romam, victi ad Ariciam à Cumanis. Pars, inquit, perexigua duce amisso, quia nullum propius perfugium erat, Romam inermes & fortunâ & specie supplicum delati sunt. His locus ad habitandum datus, quem deinde Tuscum vicum appellarunt. Varro item leuiter dissentit. Hi post Cælis obitum, inquit, quod nimis munita loca tenerent, neque sine suspitione essent, deduci dicuntur in planum. Ab eis dictus Vicus Tusceus & idè ibi Vortumnus stare, quod is Deus Etruriæ. De Vortumno quod ait, confirmat Propertius.

Tusceus ego, Tusceis orior. nec pœnitet inter Prælia Volscinos deseruisse focos. Vbi perperam Volscinos, quia Volsci in Etruriâ non fuerunt. Libri manus. Volsanos. quos sequor, aut certè, Volsinos.

171. VARVM QVINCTILIVM.] Censeo filium esse infelicis patris, qui in Germaniâ casus. Sed quomodo Cæsari propinquus? Credo, quia Germanici filiam duxerat uxorem; Seneca libro I. Controu. III. Declamauerat apud illum hanc controuersiam Varus Quintilius, tunc Germanici gener & prætextatus. Itaque absocer illi Tiberius fuit. An etiam propinquus aliâ de causâ? Puto, quia Claudia Pulchrâ Vari mater, sobrina Agrippinæ dicitur supra. nec tamen ultra repperi.

172. CAPREAS.] Scholiastes Iuuenalis, ad hæc

M

poëta

Descripta  
ea in insula.

XII ibi Ce-  
saris villa.

In loco occul-  
to, occulta  
calumnia.

Cap. 68.

A. V. C.  
DCCXXCI.  
Titius Sabinus  
in carcerem  
datus:

\* Petilius

Circumue-  
tus turpi  
fraude.

Cap. 69.

tremis Surrentini promontorij diiunctam. Solitudinem eius placuisse maximè credide-  
rim, quoniam importuosum circa mare, & vix modicis nauigijs <sup>173</sup> pauca subsidia. ne-  
que adpulerit quitquam, nisi gnaro custode. cæli temperies hieme mitis, obiectu montis  
quo sæua ventorum arcentur. æstas in Fauonium obuersa, & aperto circùm pelago per-  
amœna, prospectabatque pulcherrimum sinum, antequam Vesuius mons ardescens  
faciem loci verteret. Græcos ea tenuisse, Capreasque <sup>174</sup> Thelebois habitatas, fama tra-  
dit. Sed tum Tiberius duodecim villarum nominibus, & molibus infederat; quantò  
intentus olim publicas ad curas, tantò occultior in luxus, & malum otium resolutus.  
Manebat quippe suspicionum & credendi temeritas, quam Scianus augere etiam in vr-  
be fuetus, acrius turbabat, non iam occultis aduersum Agrippinam & Neronem insidijs.  
quïs additus miles, nuntios, introitus, aperta, secreta, velut in annales referebat: vltro-  
que struebantur, qui monerent perfergere ad Germaniæ exercitus, vel celeberrimo fori  
effigiem diui Augusti amplecti, populumque ac senatum auxilio vocare. Eaque spreta  
ab illis, velut pararent, obijciebantur. Iunio Silano & Silio Neruâ C o s s. fœdum **A**  
anni principium incescit, tracto in carcerem <sup>175</sup> inlustri equite Romano Titio Sabino,  
ob amicitiam Germanici. neque enim omiserat coniugem, liberosque eius percolere,  
sectator domi, comes in publico, post tot clientes vnus; eoque apud bonos laudatus, &  
grauis iniquis. Hunc Latiarius Latiaris, Porcius Cato, \* Petilius Rufus, M. Opsius,  
prætura functi adgrediuntur, cupidine consulatus; ad quem non nisi per Scianum adit-  
tus. neque Sciani voluntas, nisi scelere quærebatur. Compositum inter ipsos, vt Latiaris,  
qui modico vsu Sabinum contingebat, strueret dolum, ceteri testes adessent: deinde  
accusationem inciperent. Igitur Latiaris iacere fortuitos primùm sermones: mox lau-  
dare constantiam; quod non, vt ceteri, florentis domus amicus, adflictam deseruisset:  
simul honora de Germanico, Agrippinam miserans, differebat. Et postquam Sabinus,  
vt sunt molles in calamitate mortalium animi, effudit lacrymas, iunxit questus; auden-  
tius iam onerat Scianum, sæuitiam, superbiam, spes eius. ne in Tiberium quidem con-  
uicio abstinet. Ijque sermones, tamquam vetita miscuissent, speciem artæ amicitiae fa-  
cere. Ac iam vltro Sabinus quærere Latiarem, ventitare domum, dolores suos quasi ad  
fidissimum deferre. Consultant quos memorauit, quonam modo ea plurium auditu  
acciperentur. nam loco, in quem coibatur, seruanda solitudinis facies; & si ponè fores  
adisterent, metus visus, sonitus, aut fortè ortæ suspicionis erat. <sup>176</sup> Tectum inter & la-  
quearia, tres senatores, haut minùs turpi latebrâ quàm detestandâ fraude, sese abstru-  
dunt; foraminibus & rimis aurem admouent. Interea Latiaris repertum in publico Sa-  
binum, velut recens cognita narraturus, domum & in cubiculum trahit: præteritaque  
& instantia, quorum affatim copia, ac nouos terrores cumulat. Eadem ille, & diutius;  
quando **B**

poët.e —augustâ Caprearum in rupe sedentis:  
Sedentis, inquit: significat & diuem turpiter vixisse  
Capreis Tiberium. Corrige, & diu & turpiter.

173. PAUCA SVBSIDIA. ] Id est, stationes & tutio-  
ra loca, in quibus naues subsidere, & suffugium ha-  
bere possent.

174. THELEBOIS HABITATAS. ] Ideò Theleboæ  
pro ipsis Capreis, Ausonio:

—viridesque resultant

Theleboæ.

Virgilius causam nominis tangit:

—Theleboûm Capreas dum regna teneret.

Emit, siue permutauit eas cum rep. Neapolitanorum  
Imp. Augustus, traditis earum vice Pithecusis, siue,  
vt Suetonius appellat, Aenariâ, Aug. cap. XCII. No-  
tat Dio LII. in extremo, & clarè Strabo lib. V. Ai δὲ  
Κάπραι δύο πολίχνας εἶχον τὸ θαλάσιον, ὅσων δὲ  
μία. Νεαπολίται γὰρ τὴν ταύτην κατέχον, πολέμῳ δὲ  
ἀποβαλόντες τὰς Πιθηκίνας, ἀπέλαβον θάλασσαν, δόν-

τος ἑαυτοῖς Καίσαρος τὴν Σεβαστῆ, τὰς δὲ Κάπρας  
ἰδίον πομπασμῶν κτίσασθαι. Ab hac causâ ergo Caprea  
in censu Caesarum: quam Tiberius XII. villarum  
nominibus insedit, ait noster. Iis villis nomina fuisse  
censeo XII. deorum ex Suetonio, qui Capreis adsignat  
Villam cui nomen Iouis, cap. LXV. Sed & Pharus  
in eâ insulâ, vsui nautis. Idem, Turris Phari terræ  
motu Capreis concidit. quod ponit inter omnia  
Tiberianæ mortis. Exstructa iterùm, ex his Statij  
versibus:

Theleboumq; domos: trepidis vbi dulcia nautis  
Lumina noctiuagæ tollit Pharus æmula Lunæ.

175. INLUSTRI EQVITE R. TITIO SABINO. ]  
Titum prænomen illi dat Plinius: Ap. Iunio, ait,  
P. Silio Cos. Cùm animaduertetur ex causâ  
Neronis, Germanici F. in T. Sabinum & Seruitia  
eius.

176. TECTVM INTER ET LAQVEARIA. ] Di-  
deaq; auctores perdant tam scelestæ fraudis. cuius ta-  
men

A

B

C

D

A quando maesta, vbi semel prorupere, difficilius reticentur. Properata inde accusatio, mis-  
sisque ad Caesarem litteris ordinem fraudis, suumque ipsi dedecus narrauere. Non alias  
magis anxia & pauens ciuitas, 177 egens aduersum proximos. congressus, colloquia, notae  
ignotaeque aures vitari; etiam muta atque inanima, rectum & parietes circumspecta-  
bantur. Sed Caesar 178 sollemnia incipientis anni Kalen. Ianuarias, epistolam precatus: ver-  
tit in Sabinum, corruptos quosdam libertorum, & petitum se arguens, vltionemque  
haut obscure poscebat. nec mora, quin decerneretur. & trahebatur damnatus, quan-  
tum obducta veste & adstrictis faucibus niti poterat, clamitans, Sic inchoari annum, has  
Seiano victimas cadere. quod intendisset oculos, quod verba acciderent, fuga, vastitas: deserui ite-  
nera, fora: & quidam regrediebantur, ostentabantque se rursus, id ipsum pauentes, quod ti-  
muissent. Quem enim diem vacuum poena, 179 vbi inter sacra & vota, quo tempore verbis  
etiam profanis abstinere mos esset, vincula & laqueus inducantur? 180 Non imprudentem Tibe-

Cap. 70.  
Kalendi  
anni violan-  
sur.

rium

B

men exemplum ab Ephoris esse, moneo iuuentutem  
Pausaniam Spartae regem, cum ad Ephoros detulisset  
Argilius quidam proditoris, & occulta cum Rege so-  
cietatis, eamque in rem litteras eius ostendisset: ut ta-  
men ipsi coram ea audirent cognoscerentque, commen-  
ti fraudem sunt, ut in templum perfugeret Argilius  
quasi ad aram. vbi Pausania in os hec exprobraret,  
apud conscientium non negaturo: Ephori autem in occul-  
to laterent, duplici quodam tabulato disclusi. Pete hec  
a Thucydide disertim narrante lib. I. Nec dubitabis,  
quin perfidia nouum exemplum sit a facto illo.

177. EGENS ADVERSVM PROXIMOS. ] Litteru-  
la addita restituo: tegens. Dictionis similis in Cicerone,  
pro Roscio, Tecei esse ad alienos possumus: socium  
vero fallere qui possumus?

C

178. SOLLENNIA INCIPIENTIS ANNI. ] Illudit  
nobis vir doctus, dum interpretatur, Tiberium ipso  
Kalendarum die a Senatu populoque strenas per epi-  
stolam exegisse. & id multis verbis. Quanto procli-  
uius & verius erat dicere, Tiberium initio epistola  
praefatum (ita scripserim, quam precatum) de Ka-  
lendis noui anni, quae festa & sacra vulgo? Nec, pre-  
catus, damno sententiam istam: ut sacra auspiciamque eius  
diei primam epistolam veneratus Caesar sit. Ita supra le-  
gi. Sed principio litterarum veneratus deos. Sane  
dies ille, si quis alius, religiosus in vulgus. Plinius:  
Primum incipientis anni diem laetis precationibus  
inuicem faustum ominamur. Tempia aperiebant,  
vota concipiebant pro sua quisque publicaque salute.  
Prudentius:

Iano etiam celebri de mense litatur

D

Auspicijs epulisque sacris: quas inueterato,  
Heu miseri, sub honore agitatur, & gaudia ducunt  
Festa Kalendarum.

Vide & Ouidium in Fastis. Sed & ludi tum in pala-  
tio. Iulianus in Misopog. Εἰργω τῆς διατερον ἐμαυτὸν  
ὄπ' ἀβελτηρίας, εἰδ' εἰσω τ' αὐλῆς ὄψα δέχομαι τῶν  
δυμέλων, ἐξω τ' νεομνίας τῆς ἑτέρας. At de stipe strenis-  
que est ratio? cum adeo auersatus eum morem Tibe-  
rius sit, (homo aliam abhorrens omnes eiusmodi vitae  
amantates) ut plerumque extra urbem Kalendaris ipsis  
egerit, ne admitteret strenas. Clare Dio: Τῆς δ' ἐν  
ἡμερᾷ ἐξω πῶς τ' νεομνίας διήγει, καὶ ἴνα μηδένα τῶν ἐν-  
θεσπῶν ἀχολον περὶ τὰς νεὰς ἀρχὰς καὶ περὶ τῶν  
ἐορτῶν ἔχοντα ποιῇ, ἢ καὶ ἀργύρου παρ' αὐτῶν λαμ-  
βάνη. Οὐδὲ γὰρ εἰδὲ τὸν Αὐγύροισιν ὅτι τὰ τῶν ἐπιτηνείων, δὲ  
τὸ πολλὸν δυχερείων ἐν αὐτῶν, πολλὰ δὲ κ' ἀνάλω-  
σιν ἐκ τ' ἀντιδόσεως γίνεσθαι. Religionem & auspicia

Kalendarum illustrabit etiam hic. D. \* Maximi locus  
viri docti, vetusti, ( eum illius ante mille annos: ) e  
Sermonem cui titulus, De Kalendis Ianuarijs incre-  
patio. In quo multa apposite in hanc vanitatem: &  
istud. Nouum annum Ianuarias appellant Kalen-  
das, cum vetusto semper errore & horrore for-  
descant. Auspicia etiam vanissimi colligere se di-  
cunt: ac statum vitae suae inanibus indicijs aeti-  
mantes per incerta auium ferarumque signa, im-  
minentis anni futura rimantur: cum utique apud  
Deum solum sit notitia futurorum. At de Epulis  
illo die, vide omnino epist. LXIV. D. Augustini ad  
Aurelianus.

179. VBI INTER SACRA ET VOTA. ] Nihil  
enim triste publice priuatimque, primo illo die patra-  
bant: nedum ut punirent. Plutarchus in Mario: Καὶ  
προετὴ δὼν (ὁ Μάριος) αὐταῖς καλάνδαις Ἰανουα-  
ρίου, ἔτις ἀρχῆς, Σέξτον πνα Λικίνιον κατακρήμισεν.  
Ὁ κακείνοισ καὶ τῆ πώλει τ' αὐθις ἐδόκει κακὸν γέγονε  
σημεῖον μέγιστον. Id est: Progressusque Marius Ca-  
lendis ipsis Ianuarijs, initio anni, Sextum quem-  
dam Licinium de saxo iecit. quod & illis & vrbi  
impendentium malorum maximum visum praef-  
ragium. Nec mirum si Romani diem illum eximium  
habuerint a poena: quippe qui omnes dies festos. Sene-  
ca pater l. v. controuersia iv. Accusatus est a fratre  
parricidij, & damnatus. Diebus festis interceden-  
tibus, poena ex lege dilata est. Suetonius de Tiberij  
seuitia: Nullus a poena hominum cessauit dies,  
ne religiosus quidem & sacer. Philo Iudaeus contra  
Flaccum: Τοῖς ὁρθαῖς πολιτοδομοῖς τῆς ἀρχόντων  
ἑτορῆς ἐστὶ μηδένα κολάζειν τῆς κατακρίτων, ἀχρεῖς ἀν-  
αὶ ὀπιφανεῖς ἡμέτεροι καὶ πανηγύρεις αὐτῶν τῆς ὀπι-  
φανῶν σεβασῶν διεξέλθωσιν. Id est: Bonis & bene  
administrantibus Praesidibus mos est, in nemi-  
nem damnatum animaduertere, donec sollemnes  
celebritates natalitijque dies Augustorum praeterierint.  
Similis Athenis lex, ut in morte Socratis  
Xenophon expressit. Ανάγκη μὲν γὰρ ἐξήρετο αὐτῶ με-  
τὰ τ' καὶ τιν τελευτῶντα ἡμέρας βιάσθαι, δὲ τὸ δῆλια  
μὲν ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐστὶ, τ' δὲ νόμον μηδένα εἰς ἀνδημοσῖα  
ἴστο θνήσκων, εἰς ἀνὴν ἡ θεωρία ἐν δῆλῳ ἐπαπέλθῃ. Sed  
& videntur Romani etiam in bello, per Kalendas istas,  
abstinuisse ab armis. Subindicat Appianus v. Ciuium:  
Ναυμῖας δὲ ἑτέρας ἐς τ' ὀπιπᾶσαν ἡμέραν ἔσσης, φυλάξας  
ὁ Λεύκιος τ' ἐορτῶν, ὡς ἀμελείας τοῖς πολεμίοις αἰτίων,  
ἐξέδορε νυκτὸς ὅτι τὰς πύλας αὐτῶν.

180. NON IMPRUDENTEM. ] Scriptus codex,

M 2

pru-

\* Quam-  
quam ista &  
Ambrosio  
tributa, vt  
multa alia.



rium tantam inuidiam adijse : quæsitum meditatumque, ne quid impedire credatur, quò minùs A  
 noui magistratus, quo modo delubra & altaria, sic carcerem recludant. Secutæ insuper litteræ,  
 grates agentis, quòd hominem infensum Reip. puniuisent. adiecto, trepidam sibi vi-  
 tam, suspectas inimicorum insidias, nullo nominatiu compellato: neque tamen dubita-  
 batur in Neronem & Agrippinam intendi. Ni mihi destinatum foret, suum quæque  
 in annum referre; auebat animus anteire, statimque memorare exitus, quos <sup>181</sup> Latinus  
 atque Opsius, ceterique flagitij eius repertores habuere, non modò postquam C. Cæsar  
 rerum potitus est, sed incolumi Tiberio, qui scelerum ministros, vt perueriti ab alijs  
 nolebat; ita plerumque fatiatus, & oblati in eandem operam recentibus, veteres & præ-  
 graues adflixit. verum has atque alias fontium pœnas, in tempore trademus. Tum cen-  
 suit Asinius Gallus, cuius liberorum <sup>182</sup> Agrippina matertera erat, petendum à Princi-  
 pe, vt metus suos senatui fateretur, amouerique sineret. Nullam æquè Tiberius, <sup>183</sup> vt  
 rebatur, ex virtutibus suis quàm dissimulationem diligebat. eò ægrius accepit, recludi  
 quæ premeret: sed mitigauit Seianus, non Galli amore, verum vt <sup>184</sup> contationes Prin-  
 cipis aperirentur: gnarus lentum in meditando, vbi prorupisset, tristibus dictis atrocita  
 facta coniungere. Per idem tempus <sup>185</sup> Iulia mortem obiit, quam neptem Augustus  
 conuictam adulterij damnauerat, proieceratque in insulam Trimerum; haut procul  
 Apulis litoribus. Illic viginti annis exsilium tolerauit, Augustæ ope sustentata: quæ  
 florentes priuignos cum per occultum subuertisset, misericordiam erga adflictos palam  
 ostentabat. Eodem anno Frisij transrhenanus populus pacem exuere, nostrâ magis  
 auaritiâ, quàm obsequij impatientes. Tributum ijs Drusus iusserat modicum, pro  
 angustia rerum: vt <sup>186</sup> in vsus militares, coria bouum penderent non intentâ cuiusquam  
 curâ, quæ similitudo, quæ mensura: donec Olennius è primipilaribus, regendis Frisij  
 impositus, terga vrorum dilegit, quorum ad formam acciperentur. Id alijs quoque  
 nationibus arduum, apud Germanos difficilius tolerabatur, quâs ingentium bellua-  
 rum feraces saltus, <sup>187</sup> modica domi armenta sunt. Ac primò boues ipsos, mox agros,  
 postremò corpora coniugum aut liberorum, seruitio tradebant. Hinc ira & questus C  
<sup>188</sup> & postquam non subueniebat, remedium ex bello. rapti qui tributo aderant milites,  
 & patibulo adfixi. Olennius infensos fugâ præuenit, receptus castello <sup>189</sup> cui nomen  
 Fleuum: & haut spernenda illic ciuium sociorumque manus litora Oceani præsidebat.  
 Quod vbi L. Apronio inferioris Germaniæ proprætore cognitum, vexilla legionum è  
 superiore prouinciâ, peditumque & equitum auxiliarium dilectos acciuit: ac simul v-  
 trumque

Ministri sce-  
 lerum, serius  
 aut citius  
 puniti.  
 Cap. 71.

Tiberius re-  
 cludi men-  
 tem suam  
 indignatur.

Neptis Iulia  
 mors.

Cap. 72.  
 Frisij rebel-  
 lant.  
 Auariter  
 habiti.

Seiunt in  
 Romanos  
 præsarios.

Cap. 73.  
 L. Apronius  
 it omniam.

prudenter: sed malè. Obijcit liberè Sabinus, De in-  
 dustriâ & consulto Tiberium hæc patrare, vt omnibus  
 constaret, omni tempore omnia in reos licere. Ita nemo  
 excuset, inquit, tamquam ignarus aut incogitans hunc  
 diem polluisset.

181. LATINVS ATQVE OPSIVS. ] De Opsio in  
 his libris nihil: de Latino habes libro VI.

182. AGRIPPINA MATERTERA ERAT. ] Nimi-  
 rum quia Vipsania vxor Asinij, consanguinea Agrip-  
 pine soror: id est, eodem patre Vipsanio nate ambe,  
 diuersâ matre. Vide nostrum Stemma.

183. VT REBATVR. ] Ad sequentia refer. Putabat  
 hanc virtutem esse, non erat.

184. CONTATIONES PRINCIPIS ] Contationes  
 non aptè aut rectè aperiri mihi dicuntur, siue quis  
 mallet, operiri. Ego, cogitationes, magis scribam.  
 Tum explico: Seianum mitigasse Tiberium, quia non  
 nolebat frigus & lentitudinem illam excitari, ac cogi-  
 tationes eius produci: vt denique voti sui compos fie-  
 ret, duobus illis afflicto. quod præuidebat fore, vt Ti-  
 berius occultam adhuc iram promeret, & atroce facto  
 ostenderet, cum non ultra lateret. Et sanè ita euenit,  
 statimq; initio anni proximi duo illi ( Agrippina &  
 Nero ) accusati & damnati. An quis etiam, operiren-

tur, mallet? Tum esset, mitigasse idè Seianum, quia  
 nondum maturum videbatur sensus Principis aperi-  
 ri, excusauitq; Asinium eius dicti: vt scilicet maius  
 odium morâ conciperet, & denique tristibus factis  
 efferret.

185. IULIA. ] Iulie filia, quæ nupta Aemilio Paulo.  
 Scholiastes Iuuenalis in Sat. VI. à barbaro relegatam  
 scribit: sed corrigendum, ab auo.

186. IN VSUS MILITARES. ] Nempe ad scuta, ad  
 tentoria militum, etiam ad machinarum paratum. D  
 Simile tributum in Bosphoro, tempore Grecanicorum  
 Imperatorum, pensum Cedrenus docet, & appellat  
 τὰς συντελείας τῶν Βοσφ. Addit autem (quam verè,  
 nescio) Bosphoro inde nomen esse, τὸ τῆς τελεῆς  
 Πρωξιῶν κατ' ἑτος ἀντὶ χρημάτων βίας: ab eo quòd  
 penderent Romanis quotannis, pro pecuniâ, tri-  
 butum bouum. Lego & equos datos à Dalmatis, in  
 tributo: idq; medio & inferiore euo.

187. MODICA DOMI ARMENTA. ] Aliter est  
 nostro euo, & eminent.

188. ET POSTQVAM NON SVBVENIEBAT. ] Le-  
 gendum, subueniebat: aut, nemo subueniebat.

189. CUI NOMEN FLEVVVM. ] Scriba in libris  
 Histor.

Atrumque exercitum Rheno deuectum, Frisij intulit; soluto iam castelli obsidio, & ad sua tutanda digressis rebellibus. Igitur proxima æstuaria aggeribus & pontibus, traducendo grauiori agmini, firmat. atque interim, repertis vadis, <sup>190</sup>alam Caninefatem, & quod peditum Germanorum inter nostros merebat, circumgredi terga hostium iubet. qui iam acie compositi pellunt turmas sociales, equitesque legionum subsidio missos. Tum tres leues cohortes; ac rursus duæ; dein tempore interiecto, acrius eques immisus. satis validi si simul incubuissent, per interuallum aduentantes, neque constantiam addiderant turbatis, & pauore fugientium auferebantur. Cethego Labeoni legato quintæ legionis, quod reliquum auxiliorum tradit. atque ille dubia suorum re, in anceps tractus, missis nuntijs vim legionum implorabat. Prorumpunt Quintani ante alios, & acri pugnâ hoste pulso, recipiunt cohortis alasque fessas vulneribus. Neque dux Romanus vltum ijt, aut corpora humauit: quamquam multi tribunorum præfectorumque & insignes centuriones cecidissent. Mox compertum à transfugis, nongentos Romanorum apud lucum, quem Baduhennæ vocant, pugnâ in posterum extractâ, confectos: & aliam quadringentorum manum, occupatâ Cruptoricis quondam stipendiarij villâ, postquam proditio metuebatur, mutuis ictibus procubuisse. Clarum inde inter Germanos Frisium nomen: dissimulante Tiberio damna, ne cui bellum permitteret. Neque senatus in eo cura, an imperij extrema dehonestarentur: pauor internus occupauerat animos, cui remedium adulatione quærebatur. Ita quamquam diuersis super rebus consulere, aram Clementiæ, aram Amicitia, effigiesque circum Cæsaris ac Seiani censuere: crebrisque precibus efflagitabant, visendi sui copiam facerent. Non illi tamen in urbem, aut propinqua vrbi digressi sunt: satis visum, omittere insulam, & in proximo Campaniæ adspici. eò venire patres, eques, magna pars plebis, auxij erga Seianum; cuius durior congressus, atque eò per ambitum, & societate consiliorum parabatur. Satis constabat auctam ei adrogantiam, fœdum illud in propatulo seruitium spectanti. quippe Romæ, sucti discursus: & magnitudine vrbis, incertum, quod quisque ad negotium pergat. Ibi campo aut litore iacentes, nullo discrimine noctem ac diem, iuxta gratiam aut fastus ianitorum perpetiebantur: donec idque vetitum. & reuenere in urbem trepidi, quos non sermone, non visu dignatus erat: quidam malè alacres, quibus infausta amicitia grauis exitus imminebat. Ceterum Tiberius neptem Agrippinam, Germanico ortam, cum coram Gn. Domitio tradidisset, in vrbe celebrari nuptias iussit. In Domitio, super vetustatem generis, propinquum Cæsaribus sanguinem dilegerat. Nam is <sup>191</sup>auiam Octauiam, & per eam Augustum auunculum præferebat.

Parum pro-  
natis, aut  
fuit.

Clades du-  
plex Roma-  
norum:

Cap. 74.  
Dissimulata  
Tiberio.

Seiani poten-  
tia, & fa-  
stus.

Cap. 75.  
Agrippina  
nubit Domi-  
tio.

190. ALAM CANINEFATEM. ] Cuius mentio  
Vulsini in lapide. PRÆF. EQVITVM. ALÆ. PRI-  
MÆ. CANNANEFATVM.

191. AVIAM OCTAVIAM. ] Quia filius L. Do-

mitij ex Antonia maiore. Antonia autem ex Octa-  
uia & M. Antonio nata. Auunculus ergo maior illi  
Augustus. Est autem hic Domitius, qui pater Prin-  
cipis Neronis.

